multu Vitellii imagines invadunt, et paucis resistentium obtruncatis ceterum volgus rerum novarum studio in Vespasianum inclinabat. tum progressus Lucilius auctorem se palam praebet. classis Cornelium Fuscum praefectum sibi destinat, qui propere adcucurrit. Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam pervectus a praefecto alae Vibennio Rufino, praesidium illic agitante, vincitur, sed exoluta statim vincula interventu Hormi Caesaris liberti: is quoque inter duces habebatur.

13. At Caecina, defectione classis volgata, primores centurionum et paucos militum, ceteris per militiae munia dispersis, secretum castrorum adfectans in principia vocat. ibi Vespasiani virtutem viresque partium extollit: transfugisse classem, in arto commeatum, adversas Gallias Hispaniasque, nihil in urbe

9. *resistentium,* kein partitiver Genetiv, denn gemeint ist: die wenigen, welche Widerstand leisteten, wurden getötet. Ebenso 61, 7 *paucos repugnantium* = *paucos, qui repugnabant.*

11. *inclinabat* „neigte sich zu . . .“

12. *classis* „Flottenmannschaft“ wie 6, 9. Im Deutschen muß eine Adversativpartikel hinzutreten. Über *Cornelius Fuscus* zu 4, 1.

sibi destinat „erklärt sich für“, „ruft aus“, wie 1 26, 10 *pro Othone destinaretur.*

13. *honorata custodia* wie IV 63, 7. Vgl. ann. VI 3.

Liburnicis, s. zu II 16, 8.

Atria alte Stadt etruskischen Ursprungs, die dem Meere den Namen gegeben hat; auf ihren Trümmern liegt, 20 km von der jetzigen Küste entfernt, Adria.

15. Über *Hormus,* den Freigelassenen Vespasians, s. 28, 1. IV 39, 5.

Mit dem bittern *is quoque i. d. h.* legt Tac. seine Verachtung gegen diesen Menschen an den Tag.

16. *habebatur* „war“, wie *habetur* II 2.

13, 1. *At* bezeichnet den Übergang auf einen anderen Schauplatz oder die Rückkehr zu einer abgebrochenen Erzählung. Vgl. 36, 1.

primores centurionum = *primorum ordinum centuriones* 22, 17.

2. *munia,* nicht *munera,* heißen bei Tac. die dienstlichen Obliegenheiten.

3. *secretum castrorum adfectans.* Er wählte absichtlich eine Zeit, wo es im Lager still war. Vgl. die Art, wie der andere Verräter, Bassus, es anstellt, 12, 6 *nox proditioni electa, ut ceteris ignaris soli in principia defectores coirent.*

4. *virtutem viresque,* Alliteration. 20, 20 *vim victoriamque.* Gewöhnlich *vis ac virtus* oder *vis virtusque.* Liv. XXI 41, 17.

in arto „knapp“, „kärglich“. ann. IV 32 *nobis in arto et inglorius labor.* Tac. setzt mit Vorliebe solche Verbindungen von Präpositionen mit Abl. oder Acc. substantivierter Adjektiva dem einfachen Adjektiv oder Adverb gleich. Die örtliche Vorstellung ist mehr oder minder deutlich erhalten. Vgl. *in arduo, in aperto, in aequo, in lubrico, in ambiguo, in incerto.*

fidum; atque omnia de Vitellio in deterius. mox incipientibus qui conscii aderant, ceteros re nova attonitos in verba Vespasiani adigit; simul Vitellii imagines dereptae et missi qui Antonio nuntiarent. sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies aspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt. huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, ut sine proelio, sine volnere vinctas manus et capta traderent arma? quas enim ex diverso legiones? nempe victas; et abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos quartadecumanosque, quos tamen isdem illis campis fuderint straverintque. ut <tot> armatorum milia velut grex venalium exuli Antonio donum darentur? octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. id Basso, id Caecinae visum, postquam domos hortos opes principi abstulerint, etiam militem auferre. integros incruentosque, Flavianis

6. *in deterius*. Ergänze *refert*. ann. XIII 14 *nec defuere, qui in deterius referrent*. h. IV 68, 1 *cuncta in deterius audita*. II 52, 5. ann. III 10, 10.

incipientibus, nämlich den Eid zu leisten.

7. *conscii*, Eingeweihte. Von göttlichen Dingen: Germ. 10 *illos* (*equos*) *conscios*.

8. *dereptae*, von den Feldzeichen.

9. *in fama* sc. *fuit*, etwa gleich *evulgata est*, „ruchbar", „in aller Mund", II 73, 4 *erat in ore famaque Vespasianus*. Anders Agr. 46 *in fama rerum*.

recurrens: ein im Vordersatz auffallendes Asyndeton. Ebenso ann. III 21, 15.

10. *praescriptum V. nomen*, an den Feldzeichen.

11. *vastum silentium*, ein tiefes (unheimliches) Schweigen, wie in der Wüste. Auch Agr. 38 *vastum ubique silentium*. ann. III 4 *dies per silentium vastus*. IV 50 *modo per vastum silentium*. Liv. X 34, 6. Curtius X 5, 7 *velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant*.

erumpunt. Vgl. ann. XI 35 *incensumque et ad minas erumpentem* „sich Luft machen".

14. *ex diverso*, wie 5, 7 = *diversas, oppositas*. S. zu Z. 4 *in arto*.

15. *primanos quartadecumanosque*: Die leg. I Adiutrix in Spanien (II 43. 67), die leg. XIV in Britannien (II 43. 66).

16. *ut* zur Bezeichnung der unwilligen Frage wie Liv. V 24, 10 *victamne ut quisquam victrici patriae praeferret?*

tot armatorum milia, wie IV 13, 14. III 55, 3 *tot milia armatorum*, II 70, 18 *tot milia insepultorum civium*. — In übertreibender Rede: I 6, 7 *tot milibus inermium militum*. Vgl. I 37, 9.

17. *exuli*. S. zu II 86, 4.

octo — legiones, die sieben germanischen und I Italica. I 61. II 89. 100. Einl. S. 34.

18. *id* kündigt den folgenden Infinitiv an, wie ann. XII 17, 12.

19. *domos hortos opes*. S. II 92, 12.

20. *integros incruentosque*, alliterierende Verbindung, wie 14, 5 *ignaros et insontes*; 47 a.

quoque partibus viles, quid dicturos reposcentibus aut prospera aut adversa?

14. Haec singuli, haec universi, ut quemque dolor inpulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus vincla Caecinae iniciunt; Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt; forte oblatos trium Liburnicarum milites ignaros et insontes trucidant; relictis castris, abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obtinendam Cremonam cum parte equitum praemiserat.

15. Ubi haec comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium et iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae proditione coniectabat; et fidus Vitellio Fabius nec militiae ignarus. simul ingens Germanorum vis per Raetiam timebatur; et Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius

E. *indiscretum et innoxium*; I 82, 9 *inviti neque innocentes*, IV 24, 4 *invalidus — invisus*.

21. *reposcentibus* „wenn man von ihnen Rechenschaft fordere“, entweder über die Frucht ihres Sieges bei Bedriacum oder über die unglückliche Lage, die sie zum Übertritt gezwungen habe. Der Dativ wie I 27, 8 *requirentibus*.

14, 1. *dolor* der Unwille, wie II 51, 1.

2. *initio — orto* „als der Anstoß von . . . gegeben wurde“, s. zu I 39, 11. Caesar b. g. V 26, 1 *initium repentini tumultus ortum est ab Ambiorige et Catuvolco*. b. civ. I 35, 1. III 94, 3. Hirt. b. g. VIII 38, 3.

3. *vincla iniciunt*, am 18. Oktober; denn in der Nacht, die auf Caecinas Verrat folgte, trat nach Dio LXVI 11 eine Mondfinsternis ein; diese Nacht ist die vom 18. zum 19. Oktober. Auf *Fabius Fabullus* geht die Inschrift CIL. III 4118 *M. Fabius Fabullus trib. militum leg. XIII Gem., leg. Aug. provinc. Africae pr. pr., leg. Aug. leg. XIII Gem. sacr. nym.*

6. *ponte*, über den Tartarus.

9. *praemiserat*. S. II 100, 10.

15. 1. *discordes — discretos*. 53, 8 *discordes dispersasque*; ähnliche Alliterationen bei Cic. Phil. XIII 26 *diruptus dirutusque*; de or. I 187 *dispersa et dissipata*; 188 *dissolutam divulsamque* u. a. m.

3. *iunctis*, durch ihre Vereinigung.

6. *per Raetiam*, auf dem Wege über Rätien.

7. *et Britannia* „dazu“, „außerdem“; vgl. 1, 7 *et advenisse mox* . . . Der bloße Abl. von Ländernamen auf die Frage woher? ist bei Tac. keine Seltenheit. V 1, 13 *urbe atque Italia . . . acciverat*. V 23, 8 *Gallia adventantes*; ann. XI 24, 7 *Etruria Lucaniaque et omni Latio in senatum accitos*.

acciverat, inmensam belli molem, ni Antonius id ipsum metuens festinato proelio victoriam praecepisset. universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit. postero die legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae, ut specie parandarum copiarum civili praeda miles inbueretur: ipse cum quattuor milibus equitum ad octavum a Bedriaco progressus, quo licentius popularentur. exploratores, ut mos est, longius cursabant.

16. Quinta ferme hora diei erat, cum citus eques adventare hostes, praegredi paucos, motum fremitumque late audiri nuntiavit. dum Antonius quidnam agendum consultat, aviditate navandae operae Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit inpulitque Vitellianos modica caede; nam plurium adcursu

8. *inmensam belli molem* „eine gewaltige Kriegsmacht". I 61, 10. II 16, 4. 74, 10. 100, 10. III 1, 12. 77, 21.

10. *secundis a V. castris*, eigentlich Abl. abs.: „als zum zweiten Male Lager geschlagen wurde", was nach jedem Tagemarsch geschah; daher = „nach zwei Tagemärschen". IV 71, 16 *tertiis castris*. Caesar b. g. VII 36, 1 *quintis castris*. Liv. XXI 31, 4. — Die zurückgelegte Entfernung betrug mindestens 70 Kilometer, die Leistung der Truppen war mithin eine außerordentliche, größer noch als die 21, 4 erwähnte der Vitellianer, die an einem Tage 30 röm. Millien (= 26 Kilom.) zurücklegten.

Bedriacum. S. zu II 23, 8.

12. *civili praeda* = *civium direptione*. Umgekehrt IV 4, 8 *bello civium* statt *bello civili*.

13. *inbueretur* eigentlich „durchtränkt werde", d. i. „Geschmack bekäme an . . ."

ad octavum sc. *lapidem* (s. zu II 24, 7), also etwa bei dem Dioskurenheiligtum, dem „alten Tempel", von dem Plutarch, Otho 14 berichtet, daß die Toten nach der Schlacht am 15. April haufenweise um ihn her gelegen hätten.

15. *cursabant*, oft von berittenen Truppen gebraucht.

16, 1. *Quinta hora*. Der Tag, d. i. die Zeit von Sonnenaufgang bis Sonnenuntergang, zerfiel wie die Nacht in 12 Stunden. Die Stunden waren also in den verschiedenen Jahreszeiten von verschiedener Länge; das Ende der 6. Tagesstunde fiel jedoch stets auf den Mittag, das Ende der 6. Nachtstunde auf die Mitternacht.

citus eques „Eilbote zu Pferd" II 40, 8 *citus equo Numida*.

adventare hostes, praegredi sqq. Tac. liebt es, solche Reihen von kurzen asyndetischen Satzgliedern, deren Verbum jedesmal voransteht, mit einem umfangreicheren Gliede abzuschließen, in welchem das Zeitwort am Ende steht. Ähnliche Perioden 17 a. E. 25, 16. IV 55, 16. V 5, 10. Vgl. den gleichartigen Aufbau, sogar in paarweiser Gliederung, bei Cic. Mil. 20: *luget senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est* sqq.

2. *hostes*. Es waren Vitellianische Reiter (18, 2).

3. *quidnam agendum*, sc. *sit*.

5. *modica caede*. ann. IV 47 *sanguine modico*.

versa fortuna, et acerrimus quisque sequentium fugae ultimus erat. nec sponte Antonii properatum, et fore quae acciderunt rebatur. hortatus suos ut magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet; iussae armari legiones; datum per agros signum, ut, qua cuique proximum, omissa praeda proelio occurreret. pavidus interim Varus turbae suorum miscetur intulitque formidinem. pulsi cum sauciis integri suomet ipsi metu et angustiis viarum conflictabantur.

17. Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortis militis officium omisit. occursare paventibus, retinere cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio manu voce insignis hosti, conspicuus suis. eo postremo ardoris provectus est, ut vexillarium fugientem hasta transverberaret; mox raptum vexillum in hostem vertit. quo pudore haud plures quam centum equites restitere: iuvit locus, artiore illic via et fracto

6. *fugae*, Genetiv der Beziehung, statt des partitiven Genetivs *fugientium*.

7. *sponte* mit dem Gen., wie IV 19 a. E. *sponte legatorum*, und mehrfach in den Ann. Dieser sowie der absolute Gebrauch des Wortes gehört den Dichtern und der nachklassischen Prosa an.

properatum. Ergänze *erat*.

fore quae acciderunt rebatur. A. hatte, während V. tollkühn darauf losging, bereits den mißlichen Ausgang vermutet. Das Impf. *rebatur* versetzt uns in die Zeit des Kampfes, den A. mit Besorgnis beobachtete. Zu *acciderunt* vgl. Caes. b. g. IV 31, 1 *fore id, quod accidit, suspicabatur*. Cic. Phil. II 37 *cum ea, quae acciderunt, providerem futura*.

9. *medio* wie I 68, 8.

11. *qua cuique proximum* nach Liv. X 17, 7. XXI 5, 12. XXII 4, 6. Vgl. ann. XV 12, 2.

proelio occurrere, sich zum Kampfe einstellen. Liv. X 43, 9 *neutri proelio occurrerunt*, und öfter mit Dativ einer Person: sich bei jem. einfinden.

13. *suomet ipsi*. Bei Verbindung des Possessivs mit *ipse* steht letzteres im Nom., wenn die Person des Subjekts mit der des Possessivs ein und dieselbe ist.

14. *conflictabantur* waren in arger Bedrängnis. Vgl. 32, 1. Caes. b. g. V 35, 5 *tot incommodis conflictati*.

17, 1. *nullum — officium omisit*. Ähnlicher Gedanke und Ausdruck bei Caesar b. g. V 33, 2 *nulla in re communi saluti deerat . . . imperatoris et — militis officia praestabat*. Auch Sall. Cat. 60, 4 *strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur*.

3. *consilio manu voce insignis hosti*. Vgl. ann. II 17 *insignis Arminius manu voce vulnere sustentabat pugnam*, wo die drei Ablative gleichfalls zu *insignis* gehören.

manu „durch Dreinhauen“, „kräftige Hiebe“.

5. *vexillarium*, einen Fahnenträger, wie I 41, 1.

6. *quo pudore* = cuius rei pudore, wie *quo dolore* II 43, 6.

interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediebat. ea necessitas seu fortuna lapsas iam partes restituit. firmati inter se densis ordinibus excipiunt Vitellianos temere effusos, atque illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obvios, simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare capere, arma equosque abripere. et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant.

18. Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae, laeto inter initia equitum suorum proelio illuc usque provecta. set ubi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire ultroque adgredi hostem tantum per spatium cursu et pugnando fessum. forte ducti haud perinde rebus prosperis ducem desideraverant atque in adversis deesse intellegebant. nutantem aciem victor squitatus

7. *restitere*, machten halt (um Widerstand zu leisten), wie Agr. 34 *quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt.*

iuvit locus. V 11, 15 *ubi mons iuvisset.* Liv. XXXVIII 21, 4 *Gallos loco iuvante.* Caes. b. g. VI 34, 2 *ubi cuique ... locus silvestris ... spem offerebat.* So wird von Tac. mit Personifikation von *locus* oder *humus* gesagt: *haud permittit, patitur, non praebet,* und h. V 13, 17 sogar *quando impetus et subita belli locus abnueret.*

8. *incerto alveo.* Das Flußbett war „unsicher“, weil man weder die Tiefe des Wassers noch die Festigkeit des Grundes kannte. Anders *certum iam alveo Rhenum* Germ. 32.

10. *firmati inter se*, wie 29, 2 *obstinatos inter se*, wohl unter Anlehnung an den griechischen Sprachgebrauch gebildet, um die wechselseitige Einwirkung auf möglichst kurze Weise auszudrücken. Agr. 16 *invicem instincti* (statt *alius alium incitantes*) Liv. VIII 27, 6 *inter se mulcati ipsi virgis.*

12. *spoliare, capere, arma equosque abripere.* Über die Wortstellung vgl. zu 16, 1. ann. VI 35 *prensare detrudere, ancipitem pugnam hostibus facere.*

13. *prosper* und *laetus* (18, 2) haben mitunter die ursprüngliche mit dem sakralen Gebrauch zusammenhängende Bedeutung: „glückverheißend“, „guten Erfolg verkündend“. Vgl. I 3, 8. Anders 18, 14 *prospero fine.*

14. *fuga* = *fugientes.* Caes. b. g. I 11, 5 *fuga se ad Caesarem recipiunt.*

18, 1. *legionum.* S. 14, 7. Der Plural wie dort und 29, 1.

2. *Rapacis*, s. II 43, 3 und Einleitung S. 34.

Italicae, s. Einl. a. a. O.

3. *contra.* Über den prädikativen Gebrauch dieses und anderer Adverbien vgl. I 75, 4. II 97, 14.

non laxare ordines, non recipere turbatos. Das richtige Verfahren wendete vorher Antonius an: 16, 9 *diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet.* — Die Erweiterung des dritten Gliedes der anaphorischen Verbindung wie 16, 1 u. ö.

6. *ducti ... ducem,* pointierte Wendung.

incursat et Vipstanus Messalla tribunus cum Moesicis auxiliaribus adsequitur, quos multi e legionariis quamquam raptim ductos aequabant: ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen. et propinqua Cremonensium moenia quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. nec Antonius ultra institit, memor laboris ac volnerum, quibus tam anceps proelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflictaverat.

19. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. utque cumulos super et recentia caede vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt. haec in medio, pulchra dictu: illa sibi quisque, posse coloniam plano sitam

10. *aequabant* sc. *cursu*. Vgl. ann. XV 9, 7 *in quos saxa et hastae longius permeabant, quam ut contrario sagittarum iactu adaequarentur.*

11. *quanto plus — minorem.* Solche unvollständige Proportionalsätze, bei denen das Korrelat zu *quo* oder *quanto* fehlt, kommen auch bei Livius vor: II 51, 5 *quo plures erant, maior caedes fuit.* XXV 38, 23 *quo audacius erat, magis placebat.* Selbst der Komparativ fehlt im Hauptsatze: h. I 14, 14 *quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat.* II 11, 8 *quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat*; namentlich, wenn das Verbum den Begriff einer Steigerung enthält: Liv. II 45, 9 *quo minus consules velle credunt, crescit ardor pugnandi.*

14. *quamvis prospero fine* „obwohl das Ende noch günstig war". Vgl. zu IV 44, 12. 58, 15. 74, 8 u. ö. Cicero verbindet *quamvis* nicht mit dem Abl. abs., sondern mit Adj. in der Bedeutung „wenn auch noch so".

19, 1. *inumbrare*, ein dichterisches Wort, nur hier bei Tac., und zwar absolut gebraucht für „dunkeln", „herandämmern"; sonst „dunkel machen", „beschatten".

2. *cumulos* „Leichenhügel", auch Liv. X 29, 19 *consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit.*

super. Über die Stellung s. zu IV 77, 3.

recentia caede vestigia (nach Verg. Aen. IX 455 *tepidaque recentem caede locum*; vgl. Tac. h. III 77, 19 *recens victoria miles*) „die noch frischen Blutspuren". *caedes* wie 29, 12 *completur caede.* 70, 10 *innocentium caedibus.* IV 1, 3.

3. *quasi debellatum foret*, ganz gleich ann. XII 38, 6. h. V 18, 13 *debellatum eo die foret, si . . .* Agr. 26 *debellatum illa victoria foret.* Vgl. zu 5, 2.

4. *expugnare* mit persönlichem Objekt: s. zu V 12, 6. Corn. Nep. Ages. 5. 4.

deposcere mit dem Infinitiv wie *exposcere* ann. XIV 13.

haec in medio; ein Verbum dicendi ausgelassen, wie ann. III 8, 9 *haec palam et vitato omni secreto.* Auch zu *sibi quisque* ergänze einen Verbalbegriff.

5. *plano* statt *in plano* (V 23, 18), wie *vicino* 38, 3.

impetu capi. idem audaciae per tenebras inrumpentibus et maiorem rapiendi licentiam. quod si lucem opperiantur, iam pacem, iam preces, et pro labore ac volneribus clementiam et gloriam, inania, laturos, sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore. expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere. spernuntur centuriones tribunique, ac ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma, rupturi imperium, ni ducantur.

20. Tum Antonius inserens se manipulis, ubi aspectu et auctoritate silentium fecerat, non se decus neque pretium eripere tam bene meritis adfirmabat, sed divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo consultando, cunctatione saepius quam temeritate

7. *iam . . . preces.* Ergänze *fore* wie 60, 16.

8. *clementiam* in dem Sinne von *famam clementiae.*

9. *inania* „leere Begriffe“, „hohle Phrasen“. Derartige substantivisch gebrauchte Neutra von Adjektiven als Apposition oder Prädikat, selbst auf lebende Wesen bezogen, hat Tac. öfter: ann. I 46, *patres et plebem, invalida et inermia* „schwache, waffenlose Glieder“ (des Staatskörpers). h. V 5, 11 *parentes liberos fratres vilia habere.* Dem gewöhnlichen Sprachgebrauche dagegen entspricht III 70, 16 *pacem et concordiam victis utilia . . . esse* und II 20, 11 *pax et concordia . . . iactata sunt.*

in sinu — fore „würden in die Tasche fließen“. Über die Anwendung des Wortes *sinus* vgl. zu II 92, 17.

10. *expugnatae urbis — pertinere.* Die Stelle erinnert an Liv. XXXVII 32, 12 *captas, non deditas diripi urbes, et in iis tamen imperatoris, non militum arbitrium esse.*

12. *ne cuiusquam,* ein verstärktes *ne cuius.*

rupturi, ni ducantur. Bei Tac. werden solche Bedingungssätze fast immer durch *ni* eingeführt, wenn der Hauptsatz im Indikativ steht oder durch ein part. fut. vertreten wird. Vgl. I 64, 10. IV 39, 15. ann. II 17 *illa rupturus, ni — obiecissent*; seltener die umgekehrte Stellung: ann. I 36 *si omitteretur ripa, invasurus hostis*; h. III 56, 15. IV 39. Bei den Historikern seit Livius finden sich solche von einem Part. Fut. Akt. abhängige Bedingungssätze häufig. Liv. III 60, 8 *vallum invasurus, ni copia pugnae fieret.* IX 29, 4.

rumpere imperium, wobei *rumpere vincula* vorschwebt, auch ann. XIII 36 *rupto imperio.* Curt. X 2, 15 *rupistis imperium.* Vgl. h. I 12, 3 *rupta sacramenti reverentia,* II 63, 6 *rupta custodia.*

20, 5. *providendo consultando, cunctatione.* Die Steigerung in diesem Asyndeton besteht darin, daß *providere* die geistige Tätigkeit des Einzelnen, *consultare* die einer Mehrheit bezeichnet, *cunctatio* aber die aus jenen Faktoren hervorgehende entsprechende Leitung der Vielheit. — *cunctatio* ist demgemäß hier „Bedächtigkeit“. Anders

prodesse. ut pro virili portione armis ac manu victoriam iuverit, ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum; neque enim ambigua esse, quae occurrant, noctem et ignotae situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna. non si pateant portae, nisi explorato, nisi die intrandum. an obpugnationem inchoaturos adempto omni prospectu, quis aequus locus, quanta altitudo moenium, tormentisne et telis an operibus et vineis adgredienda urbs foret? mox conversus ad singulos, num secures dolabrasque et cetera expugnandis urbibus secum attulissent, rogitabat. et cum abnuerent, 'gladiisne' inquit 'et pilis perfringere ac subruere muros ullae manus possunt? si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut volgus inprovidum inriti stabimus, altitudinem turrium et aliena munimenta mirantes? quin potius mora noctis unius, advectis tormentis machinisque, vim victoriamque nobiscum ferimus?' simul lixas

I 33, 3 *cunctatione nunc et segnitia*; II 30, 2 *fraude et cunctationibus*. Vgl. *cunctator* II 25, 6. V 14, 7.

6. *pro virili portione*, wie Agr. 45; Neuerung des Tac. für *pro virili parte* oder das einfache *pro portione*. — „*virilis pars est cuiuscumque rei communis pluribus, sive bonae et laetae, sive tristis et molestae pars ea, quae unicuique ex eorum numero debetur aequaliter.*“ Ernesti.

7. *ratione et consilio*, vgl. 60, 10 *victoriam consiliis et ratione perfici*.

8. *ignotae situm urbis*. Diese bei Cicero so beliebte Art der Wortstellung wendet Tac. nur selten an. V 25, 8 *ceterorum onera sociorum*. ann. I 10 *Pompeianarum gratiam partium*. II 21 *tota volitantem acie*. — *Noctem et ignotae situm urbis* wörtlich nach Liv. V 39, 3.

9. *non si*, „nicht einmal in dem Falle, daß . . .“

10. *explorato* „nach eingezogener Erkundigung“; in allgemeiner Bedeutung II 49, 9; von Livius zuerst XXIII 42, 9 gebraucht, der auch *inexplorato* gebildet hat, XXI 25, 9. XXII 4, 4. XXVII 26, 6.

12. *tormentis et telis*, alliterierende Verbindung sinnverwandter Wörter. Caes. b. civ. II 11, 3 *telis tormentisque*. b. g. V 43, 3 *turres testudinesque* usw.

14. *cetera expugnandis urbibus*. Der Sache nach dasselbe wie III 84, 4 *cuncta validissimarum urbium excidiis reperta* oder V 13, 19 *cuncta expugnandis urbibus reperta*. Was gemeint ist, lehrt das Folgende. — Über den attributiven Gebrauch der Gerundivdative s. zu I 85, 1. III 70, 6.

16. *aggerem struere* einen Belagerungsdamm aufschichten.

17. *pluteis cratibusve* auch II 21, 13 verbunden.

18. *inriti*, ἄπρακτοι „ohne etwas ausrichten zu können“. Vgl. IV 32, 20 *ut inritus legationis*. ann. XV 25 *inriti (legati) remittuntur*. Bei den Klassikern wird *inritus* nicht von Personen gebraucht.

20. *vim victoriamque*, wie Liv. VIII 9, 7.

lixas calonesque. S. zu I 49, 4.

calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit, copias ceteraque usui adlaturos.

21. Id vero aegre tolerante milite prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia vagos e Cremonensibus corripiunt, quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta milia passuum emensum, comperta suorum clade in proelium accingi ac iam adfore. is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. sistere tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit, dein septima Claudiana, agresti fossa (ita locus erat) praemunita; dextro octava per apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersaepta. hic aquilarum signorumque ordo:

21. *recentissimis*, die noch am meisten bei Kräften waren; denn die Reiterei hatte tags zuvor besonders viel ausgehalten; 18 a. E.

22. *ceteraque usui*, kurze Wendung statt des gewöhnlichen *cetera, quae usui essent (forent)*. Sall. Jug. 54, 6 *frumentum et alia, quae usui forent.* Liv. XXIV 1, 2 *frumentum lignaque et cetera necessaria usibus.* Dagegen mit ähnlicher Kürze wie an unserer Stelle: Liv. XLIV 7, 12 *aliarum in usum rerum = al. utilium rerum.* Hier macht die Stellung der Worte *in usum* die Kürze des Ausdrucks weniger auffallend.

21, 1. *prope* wird von Tac. gewöhnlich adverbial gebraucht, mit einem Kasus nur hier. ann. VI 13 *iuxta seditionem ventum*, nach Sall. hist. III 77, 11 *inter se iuxta seditionem erant.* Dagegen Liv. XXVI 48, 8 *ea contentio cum prope seditionem veniret.* VI 42, 10. X 22, 5. Curt. IV 39, 4 *iam prope seditionem res erat.* — *ventum* sc. *erat.*

2. *sub ipsa* „unmittelbar unter —" gehört zu *progressi.*

3. *sex*: die Legionen I Germ. IV. V. XV. XVI. XXII (s. 22, 7ff.).

4. *omnem exercitum*: außer jenen 6 Legionen die Vexille der Legionen II, IX, XX (s. 22, 8) und der Rest der Reiterei.

Hostiliae. S. 14, 6.

triginta milia passuum. Der Weg jener Legionen wird 14, 6 mit den Worten *Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt,* allerdings sehr unbestimmt angegeben. Nach Lage der Dinge müssen sie auf dem rechten Pofer nach Cremona marschiert sein, vielleicht über Brixellum (s. II 33, 11); denn Tacitus' Angabe, daß die letzte Etappe der Vitellianer 30 Meilen betrug, entspricht der Strecke von Brixellum nach Cremona. Daraus und aus der Schnelligkeit, mit der sie den Weg zurückgelegt, erklärt es sich, daß die Gegner erst von der Festung aus Nachricht über die Anwesenheit der vitellianischen Legionen in Cremona erhalten.

6. *consiliis* „den Vorstellungen" wie II 44, 12.

7. *viae Postumiae*, s. zu II 24, 14. 42, 12.

9. *stetit = constitit* „nahm Stellung".

10. *per apertum limitem*, auf der offenen Heerstraße, unterschieden von dem erhöhten *agger* der via Postumia.

milites mixti per tenebras, ut fors tulerat; praetorianum vexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite circumdata; Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primori in acie versabantur.

22. At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae et reciperatis cibo somnoque viribus confectum algore atque inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis inpingitur. ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras adseverare non ausim, quamquam alii tradiderint quartam Macedonicam dextrum suorum cornu, quintam et quin-

12. *praetorianum*, d. h. die von Vitellius verabschiedeten und von Vespasian (II 67. 82) durch vorteilhafte Anerbietungen wieder herangezogenen Prätorianer.

14. *Sido atque Italicus.* S. 5,8.

15. *primori in acie*, gewöhnlicher *inter primores*, so bei Livius und dessen Nachahmern. Die klassische Prosa meidet das Wort *primoris* überhaupt.

22, 2. *algore atque inedia* wie Sall. Cat. 5, 3 *corpus patiens inediae, algoris* sqq.

3. *postera die.* Über das Geschlecht s. zu IV 62. V 19.

profligare ac proruere, eine Variation für das verbrauchte *fundere ac fugare*; 13, 16 *fuderint straverintque.*

ratio fuit „das Vernünftige (Richtige) gewesen wäre“, „die Vernunft gebot“. Vgl. IV 56, 3 *vicit ratio parcendi* „die kluge Berechnung, welche Schonung empfahl“. Das Gegenteil *dementia*: Sall. Cat. 58, 16 *ea vero dementia est.* Jug. 3, 3 *extremae dementiae est.*

indigus rectoris, vgl. 18, 5.

4. Vor *paratis* ist vielleicht die Bezeichnung des Aufbruchs (*profectus*) verloren gegangen. E. Wolff.

5. *inpingitur* „stößt, prallt auf“. Wie im Sturm Schiffe an den Strand (ann. XV 46, 10), wie II 41, 10 die fliehenden Reiter gegen den Lagerwall, so prallten hier die ungeordneten Massen der Vitellianer gegen die schlachtbereiten Reihen der Flavianer an.

disiecti „zersplittert“. ann. VI 44 *disiectos et longinquitate itineris fessos.*

per iram ac tenebras (= *in tenebris*; I 26, 8. 81, 11); vgl. zu I 54, 11 *per tenebras et inscitiam.* Die Präposition ist auf die beiden koordinierten Substantiva in verschiedener Bedeutung zu beziehen. Tac. stellt oft solche verschiedenartige Begriffe zusammen und überläßt es dem Leser, deren logische Beziehung aus dem Zusammenhang zu entnehmen. I 63, 9 *cum magistratibus et precibus.* I 6, 11 *ad claustra Caspiarum et bellum.* II 88, 18 *cum terrore et armatorum catervis.* Agr. 4 *in huius sinu indulgentiaque.* Derartiges findet sich bei den Dichtern aller Zeiten. Vgl. Lenau, Der traurige Mönch: Verloren hat er seinen Pfad in Dämm'rung und Gedanken.

7. *quartam* etc. geflissentliche Abwechslung in der Bezeichnung der Legionen: *sextadecumanos* — *Rapaces.*

suorum. Die taciteische Darstellung dieses Feldzugs beruht

tam decumam cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum mediam aciem, sextadecumanos duoetvicensimanosque et primanos laevum cornu complesse. Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant; eques auxiliaque sibi ipsi locum legere. proelium tota nocte varium anceps atrox, his, rursus illis exitiabile. nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant. eadem utraque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnae signum, permixta vexilla, ut quisque globus capta ex hostibus huc vel illuc raptabat. urguebatur maxime septima legio, nuper a Galba conscripta. occisi sex primorum ordinum centuriones, abrepta quaedam signa: ipsam aquilam Atilius Verus primi pili centurio multa cum hostium strage et ad extremum moriens servaverat.

23. Sustinuit labentem aciem Antonius accitis praetorianis. qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. nam-

zum weitaus größten Teil auf schriftlichen und mündlichen Berichten aus dem flavianischen Lager (s. auch Einl. S. 17); daher die Ausführlichkeit und relative Genauigkeit, mit der einzelne Erfolge der Feldherrn Vespasians geschildert werden. Unwillkürlich stellt sich der Autor auf diese Seite und weiß deshalb im Gegensatz zu den sonst maßgebenden Gewährsmännern (die er übrigens nur gelegentlich erwähnt) lediglich von einigen „andern“ (aus dem gegnerischen Lager) zu reden, die hier über die Aufstellung „ihrer Leute“ Genaueres mitteilen konnten.

8. *vexillis.* S. zu I 31, 16.

13. *his, rursus illis* wie *hos, rursus illos* 83, 2.

14. *provisus* das Vor-sich-hinsehen.

15. *interrogationibus,* in speziell militärischer Bedeutung: „durch häufiges Anrufen“.

pugnae signum, Feldgeschrei, Losung. Vgl. zu I 25, 2.

16. *urguebatur,* denn die 7. Legion stand *patenti campo* (21, 8).

17. *primorum ordinum centuriones;* so auch bei Caesar b. g. I 41, 3 und V 44, 1 *centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent;* endlich mit besonderer Kürze *primi ordines* (= *primi pili*) b. g. V 30, 1. VI 7, 8. — Bei Tac. auch *primores centurionum* genannt, h. V 20, 12. Es sind die zehn ersten Centurionen der Triarier und Führer der Kohorten.

18. *ipsam aquilam.* Seit Marius stand der Adler als Legionszeichen unter Aufsicht des Führers der ersten Kohorte (*primipilus*).

20. *ad extremum* wie I 46, 19, nur von der Zeit. Häufiger ist *ad postremum:* I 39, 10. II 27, 16. IV 16, 16. In den Ann. viermal zeitlich und bei Aufzählungen.

23, 1. *sustinuit.* Beachte beim Übersetzen die nachdrucksvolle Stellung des Prädikatsverbs.

2. *excepere,* als ablösende. Ebenso IV 71, 7. V 18, 6.

3. *vacuo atque aperto* aus freiem, offenem Gelände, Ablat.

que Vitelliani tormenta in aggerem viae contulerant, ut tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo et arbustis sine hostium noxa inlisa. magnitudine eximia quintae decimae legionis ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulisset, ni duo milites praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati, vincla ac libramenta [tormentorum] abscidissent. statim confossi sunt eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. neutro inclinaverat fortuna, donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies falleretque. sed Flavianis aequior a tergo: hinc maiores equorum virorumque umbrae, et falso, ut in corpora, ictu tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes velut ex occulto iaculantibus incauti offerebantur.

auf die Frage woher? abhängig von *excuterentur*. Beim Neutrum von Adjektiven braucht Tac. ihn so nur in den Historien, bei Substantiven, namentlich Ländernamen, auch sonst. S. zu 15, 7.

6. *ballista;* Schleudermaschine für den Bogenwurf besonders von Steinen, Glühkugeln usw. bestimmt.

7. *arreptis e strage scutis* nach Liv. XXII 48, 4 *arreptis scutis, quae passim . . . strata erant.*

8. *ignorati* „unerkannt", „unbemerkt", auch 74, 2. IV 36, 13. — Die Rüstung der Prätorianer überhaupt und besonders ihr Schild machte sie schon durch seine Gestalt vor dem übrigen Kriegsvolk kenntlich. Jene beiden griffen also die Schilde gefallener Gegner auf, rissen auch wohl ihren Helmbusch herunter und mengten sich unter die Reihen der Vitellianer, um an die Wurfmaschine heranzukommen und die Stränge und Schwungriemen zu durchhauen. — *vincla* = *funes nervini* (Veget. IV 22).

9. *intercidēre* „sind verloren gegangen".

10. *adulta nocte* bei vorgerückter Nacht; dieselbe Metapher ann. II 23 *aestate iam adulta.* Über die sonstige Anwendung des Wortes s. zu I 31, 11.

11. *luna — ostenderet.* Von den Gestirnen wie von persönlichen Wesen zu reden, ist allen Sprachen gemeinsam. ann. XIII 55, 16 *solem suspiciens et cetera sidera vocans quasi coram interrogabat.*

12. *hinc.* Über die Auslassung der Kopula bei Adverbien des Orts, der Zeit und der Ursache vgl. zu I 19, 1.

et „und infolgedessen"; wie I 31, 15. II 19, 11 *et imperia accipientes.*

13. *falso, ut in corpora, ictu.* Man glaubte wegen der langen Schatten den Gegner näher, als er in Wirklichkeit war; deshalb gingen die Geschosse der Vitellianer zu kurz. — Zum Ausdruck vgl. II 22, 5 *certo ictu.* — *citra* als Adverb nur hier bei Tac. eigentlich diesseits (des Zieles).

14. *velut ex occulto — offerebantur* „boten den . . . . Geschossen ein ungedecktes Ziel". *incauti* = *intecti* (ohne sich decken zu können); von Sachen:

24. Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens, cur resumpsissent arma, Pannonicas legiones interrogabat: illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi reciperare gloriam possent. tum ad Moesicos conversus principes auctoresque belli ciebat: frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. haec, ut quosque accesserat; plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub

ann. I 50 *iter hostibus incautum* Sall. hist. frgm. inc. 46 (12) *repente incautos agros invasit.*

24, 1. Die Darstellung in diesem Kapitel ist von stark rhetorischer Färbung. Beachte die Antithesen und daneben die Häufung von Synonymen, die Steigerungen, *noscere — nosci, abolere labem, reciperare gloriam — pudore et probris, laude et hortatu, spe promissisque, minis et verbis — alios, multos, omnes* und: *tum ad Moesicos . . . plura ad tertianos . . . mox infensus praetorianis.* — *noscere noscique.* Dieselbe Gegenüberstellung von Aktiv und Passiv Agr. 5, 5 *noscere provinciam, nosci exercitui.* Zur Bedeutung vgl. ann. I 39 *facta noscebantur.* — *pudore et probris* Vorwürfe, durch die das Ehrgefühl erregt werden soll. Der innere Zusammenhang dieser (alliterierenden) Worte ist derselbe wie bei *laude et hortatu* „Lobsprüche, um die Kampflust anzufeuern". Vgl. 66, 4 *discrimen ac dedecus.* IV 62, 5 *rubore et infamia.* ann. I 43 *pudor et gloria.* S. auch zu 22, 5 *per iram ac tenebras.*

3. *resumpsissent arma.* II 44, 15 *resumere arma vellent.* Das Kompositum ist nicht klassisch, bei Tac. sehr häufig: *resumere pugnam* II 41, 12; *militiam* 67, 4; *sacramentum* IV 37, 10; *dominationem* V 8, 12; noch vielseitiger in den Ann.

Pannonicas, die leg. XIII und VII Galbiana (II 86, 1).

4. *illos essec ampos.* Ähnlicher Hinweis 13, 16 *quos tamen isdem illis campis fuderint straverintque.* Agr. 32 a. E. *in hoc campo.*

5. *Moesicos,* die leg. III, VII Claud., VIII.

6. *principes auctoresque belli* „Urheber und Anstifter". II 85, 2 *tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit . . . ita tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum.* Vgl. Caes. b. g. V 54, 4 *principes inferendi belli* und öfter *princeps belli, consilii, partium. princeps* nähert sich der Bedeutung von *dux.* Vgl. Hirt. b. g. VIII 47, 2 *auctor armorum duxque.* Cic. Att. VIII 2 *auctor rei publicae ac dux.*

ciebat s. zu 10, 22.

minis et verbis, auch I 69, 4 *verbis ac minis* „drohende Worte und Gebärden".

8. *haec . . .* sc. *loquebatur.* Die Verbindung mit *ad* ist sonst bei Tac. nicht nachzuweisen. Verg. Aen. IX 5 *ad quem sic — locuta est.*

Über *accedere* mit bloßem Akkus. zu II 27, 12. Über *ut quisque* mit dem Plusqpf. s. 10, 20.

9. *ut* in indirekter Frage. S. zu I 37, 5. 79, 9.

Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. mox infensus praetorianis 'vos' inquit, 'nisi vincitis, pagani, quis alius imperator, quae castra alia excipient? illic signa armaque vestra sunt, et mors victis; nam ignominiam consumpsistis.' undique clamor, et orientem solem (ita in Syria mos est) tertiani salutavere.

25. Vagus inde an consilio ducis subditus rumor advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse. gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, ut quos nullo rectore suus quemque impetus vel pavor contraheret didu-

Parthos, 36 v. Chr.

10. *Armenios,* 63 n. Chr. (ann. XV 26).

Sarmatas, die Roxolaner (I 79).

11. *pagani,* eigentlich ländliche Gaubewohner, dann die unter dem Schutze einer Festung angesiedelten Pfahlbürger; hier etwa „Spießbürger", d. h. Leute von unkriegerischer Lebensweise und Gesinnung. Vgl. zu I 53, 14.

alius imperator, quae castra alia. Chiasmus, wie ann. II 23 *omne dehinc caelum et mare omne.*

12. *illic = penes Vitellium.*

signa armaque vestra. II 67 wird berichtet, wie die Prätorianer ihre Waffen abliefern. Dann heißt es weiter: *tum resumpta militia robur Flavianarum partium fuere.*

13. *consumpsistis.* Wir, mit veränderter Metapher: „Das Maß eurer Schmach ist voll".

undique clamor s. I 19, 1.

14. *orientem solem.* Der Kultus des syrischen Sonnengottes Elagabal, der mit dem des persischen Mithras und des griechischen Apollon-Helios zusammenfiel, fand bei den im Orient stehenden römischen Legionen rasche Aufnahme. Syrischer Götterdienst war bereits vor der Einverleibung des Landes in Rom und Italien eingedrungen. Der Umstand, daß Syrien militärischer und politischer Mittelpunkt des römischen Orients war und der lange Aufenthalt der Legionen daselbst begünstigten die Verbreitung des fremden Kultus, besonders seit Vespasians Erhebung, der die mystische Seite des orientalischen Religionswesens seinen politischen Zwecken dienstbar machte.

tertiani, deren Standort Syrien war. S. Einl. S. 35.

25, 1. *Vagus inde* sc. *ortus est;* franz. *de là un bruit vague.*

2. *gradum inferunt* wie Liv. XXXV 1, 9.

3. *rariore acie* wie II 99, 6 *rarum agmen,* „gelichtet", „lükkenhaft". Curt. IV 15, 20 *rarior acies.* Frontin. Strat. III 10, 4 *rara acie ad muros accedens.* Verg. Aen. IV 131 u. ö.

ut quos — contraheret. Das kausale *ut qui* kommt in der klassischen Sprache nur vereinzelt, häufiger bei Livius, und zwar stets mit dem Konj. vor. Bei Tac. noch h. I 29, 14. 37, 8. 51, 3. II 12, 16. 78, 3. Agr. 11, 14. ann. II 10. IV 62; mit Indikativ Germ. 22 *ut apud quos occupat;* mit Ellipse des Verbums Germ. 17 *ut quibus nullus — cultus.*

4. *impetus . . . diduceretve:* Verschränkung der Gegensätze, wie II 41, 18 *ut cuique audacia*

ceretve. postquam inpulsos sensit Antonius, denso agmine obturbabat. laxati ordines abrumpuntur, nec restitui quivere inpedientibus vehiculis tormentisque. per limitem viae sparguntur festinatione consectandi victores. eo notabilior caedes fuit, qua filius patrem interfecit. rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, inpubem filium domi liquerat. is mox adultus, inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem et volnere stratum dum semianimem scrutatur, agnitus agnoscensque et exanguem amplexus, voce flebili precabatur placatos patris manes, neve se ut parricidam aversarentur: publicum id facinus; et unum militem quotam civilium armorum partem? simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio

vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.

5. *inpulsos* „zum Wanken gebracht", näher erklärt durch das folgende *laxati ordines.*

obturbabat „warf nieder". ann. I 66 *equus — quosdam occurrentium obturbavit.* Das Zeitwort ist selten und bedeutet meist „stören", „verwirren".

7. *per limitem,* s. 21, 10. Die Sieger breiteten sich über den *limes viae* aus; dies bewirkte, daß die im folgenden erzählte Bluttat um so „augenfälliger" war; vgl. Z. 18 *advertere proximi, deinde plures* und zu der Bedeutung von *notabilis* 39, 3. IV 62, 12. Die Handschrift hat *quia* statt *qua*; *quia* aber macht die Beziehung von *eo* auf den vorhergehenden Satz unmöglich und dadurch diesen zusammenhanglos. Zu *caedes, qua . . . interfecit* vgl. 39, 4 *vox, qua . . . iactavit.*

9. Über *Vipstanus Messalla* s. Einl. S. 17. Er war Führer der leg. VII Galb.

11. *inpubem* = *inpuberem* wie IV 14, 6 *rursus inpubes et forma conspicui — trahebantur.* Liv. II 13, 10 *elegisse impubes dicitur.*

13. *stratum.* S. zu 10, 11.

scrutatur, d. h. die Kleider, um ihn auszuplündern.

agnitus agnoscensque, s. zu 24, 1.

14. *flebilis* „kläglich", „jammernd", wie ann. I 41 *fl. sonus,* III 23 *lamentatione flebili.* Liv. XXIX 16, 6 *cum flebili vociferatione humi procubuerunt;* häufiger im pass. Sinne: beweinenswert. — *placatos p. manes* „daß . . . ihm gnädig sein möchten." Mit diesem proleptischen Gebrauch von *placatos* vgl. Verg. Georg. IV 547 *placatam Eurydicen vitula venerabere caesa.* Liv. V 11, 16 *quibus iratos quisque deos precatus sit.* II 45, 14.

Der Akkus. bei *precari* wie II 74, 3.

15. *neve se — aversarentur,* wie Liv. III 50, 5 *neu se ut parricidam liberum aversarentur.*

publicum, ein Verbrechen, das nicht ihm persönlich zur Last falle

16. *attollere corpus, aperire* (aufwühlen) sqq. Die gewählte Wortstellung und Erweiterung des dritten Gliedes wie 16, 1. V 5, 10.

fungi. advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum et questus et saevissimi belli execratio. nec eo segnius propinquos adfinis fratres trucidant spoliant: factum esse scelus loquuntur faciuntque.

26. Ut Cremonam venere, novum immensumque opus occurrit. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat eaque munimenta rursus auxerat. quorum aspectu haesere victores, incertis ducibus quid iuberent. incipere obpugnationem fesso per diem noctemque exercitu arduum et nullo iuxta subsidio anceps: sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad inritum revolvebatur: munire castra, id quoque propinquis hostibus formidolosum, ne dispersos et opus molientes su-

18. *advertere* (Perfekt) für *animadvertere* (*animum advertere*) in der Bedeutung „wahrnehmen". „bemerken" kommt wiederholt in den Annalen vor; bei früheren Schriftstellern vereinzelt. Im Sinne von „aufmerken", „acht haben" braucht es Vergil, z. B. Aen. IV 116 *paucis, adverte, docebo.* Die Bedeutung „ahnden", Strafe vollziehen" hat das Wort nur in den Ann. (II 32. III 52 u. ö.).

proximi, deinde plures, hinc per omnem aciem. Die Steigerung betrifft hier das numerische Verhältnis, im folgenden *propinquos adfinis fratres* den Grad der Verwandtschaft.

19. *miraculum* Verwunderung, Staunen; ähnlich I 27 (Neugier). V 23.

nec adversativ. — Die Handschr. hat *trucidati.* Dieses Partizip würde einen passenden Platz zwischen *placatos* und *patris* 39, 14 finden. Vgl. zu IV 5 *sapientiae.*

20. *factum esse scelus loquuntur* (*loqui* mit einem acc. c. inf. ist selten) *faciuntque:* Gegensatz zwischen Worten und Taten. — Ähnliche Zusammenstellung von aktiv und passiv desselben oder eines sinnverwandten Verbums s. I 81, 6; auch bei anderen Autoren beliebt. Liv. XXI 43, 14 *ignoto — ignoranti;* 18 *ignotos ignorantesque.*

26, 4. *haesere* „stutzten", wie ann. VI 21 *haerere primo, dein pavescere.*

6. *nullo iuxta subsidio.* Prädikat ist *iuxta* („zur Hand"). 31, 4. Agr. 10 *nullis contra terris;* ann. XI 22 *nullis palam neque cognitis mox causis;* XVI 5 *multis palam et pluribus occultis.*

7. *intolerandus — labor,* wie ann. XV 42. Tac. hat nur diese Form; andere Schriftsteller auch das gleichbedeutende *intolerabilis.*

et und noch dazu , und außerdem. IV 58, 20 *et trahendi artes.*

8. *ad inritum revolvebatur;* 53, 17 *cecidisse in inritum labores.* ann. IV 9 *ad vana et totiens inrisa revolutus,* XVI 18 *revolutus ad vitia.* — *revolvi = redire, redigi, cadere.* Cicero de or. II 130 *ad eius causae seposita argumenta revolvi,* 135 *ad communes rerum et generum summas revolventur.* Vgl. Liv. II 6, 1 *ad inritum cadentis spei.*

bita eruptione turbarent. quae super cuncta terrebat ipsorum miles periculi quam morae patientior: quippe ingrata quae tuta, ex temeritate spes; omnisque caedes et volnera et sanguis aviditate praedae pensabantur.

27. Huc inclinavit Antonius cingique vallum corona iussit. primo sagittis saxisque eminus certabant, maiore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur; mox vallum portasque legionibus adtribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur. proxima Bedriacensi viae tertiani septimanique sumpsere, dexteriora valli octava ac septima Claudiana; tertiadecumanos ad Brixianam portam impetus tulit. paulum inde morae, dum ex proximis agris ligones dolabras et alii falces scalasque convectant: tum

XXVIII 31, 1 *spem ad inritum redactam* „zu nichts geworden“. *id* nimmt den vorhergehenden Infinitiv wieder auf, um *quoque* anschließen zu können. Vgl. Sall. Cat. 12, 5 *quasi iniuriam facere id demum esset imperio uti.*

propinquis hostibus, bei der Nähe der Feinde.

10. *quae super cuncta.* Die zweisilbigen Präpositionen (namentlich *inter*) stehen auch in der klassischen Sprache häufig nach dem Relativ bzw. zwischen diesem und dem zugehörigen Substantiv. Caes. b. g. VI 36, 2 *quos inter et castra.* Vgl. Cic. Lael. 83 *si quos inter.*

13. *pensabantur*, auch IV 74, 12 statt *compensabantur.*

27, 2. *sagittis saxisque*, alliter. Verbindung, wie *saxa sudesque* bei Vergil und Livius.

5. *proxima B. viae.* Solche substantivierte Neutra von Adjektiven und Partizipien (namentlich bei Beschreibung von Örtlichkeiten) werden mit dem Dativ, Ablativ, mit Adverbien und präpositionalen Ausdrücken verbunden. V. 16, 4 *propiora flumini;* ann. IV 65 *per plana etiam et foro propinqua*, IV 74 *in urbem aut propinqua urbi.* Liv. XXI 11, 9 *per patentia ruinis;* XXVIII 20, 3 *per inaequaliter eminentia rupis.*

6. *dexteriora* vom Standpunkt der Verteidiger aus: es ist die Südseite des zu beiden Seiten der via Postumia errichteten Lagers. Die 13. Legion wandte sich gegen die linke, d. i. die nördliche Seite des Lagers, die porta principalis sinistra, die Tac. porta Brixiana nennt, als ob es sich um ein Stadttor handelte.

bantur armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. modicum ibi proelium inproviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit mixto milite et quibusdam senatorum equitumque, quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam victore Vespasiano multi id meritum erga partes simulavere. subierunt obsidium etiam feminae, inter quas maxime insignis Verulana Gratilla, neque liberos neque propinquos, sed bellum secuta. Vitellianus miles socordi custodia clausos circumdedit; eoque concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit, misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio, qui circumsideri ipsos et, ni subveniretur, artas res nuntiaret. noctem adeo quietam egit, ut digredi sine noxa potuerit: quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat, et hibernus imber repente fusus oculos auresque impediebat.

12. Was diese Bewegung der Flavianer bezweckte, hat Tac. im Vorhergehenden nur dunkel angedeutet. Deutlicher sagt Dio Cass. LXV 17 οἵ τε ὕπατοι Γάιος Κυΐντιος Ἀττικὸς καὶ Γναῖος Καικίλιος Σίμπλεξ καὶ . . . ἐς τὸ παλάτιον ὥρμησαν ὡς ἢ πείσοντες ἢ καὶ καταναγκάσοντες τὸν Οὐιτέλλιον τὴν ἀρχὴν ἀπειπεῖν. Sueton Vit. 15 setzt diesen Zusammenstoß vor die Volksversammlung auf dem Forum.

13. *improviso tumultu,* Abl. causae: „weil der Zusammenstoß ein unvorhergesehener war“.

14. *e praesentibus* wie IV 56, 11. *arcem Capitolii.* S. zu 71, 11.

15. *mixto milite et* sqq. mit seiner Mannschaft, der sich einige S. u. R. anschlossen. I 32, 1 *plebs Palatium implebat mixtis servitiis,* II 14, 11 *pars classicorum mixtis paganis.*

17. *meritum erga partes.* Auch nach Galbas Sturz, und wahrscheinlich bei jedem andern gewaltsamen Machtwechsel, traten solche um die siegreiche Sache „verdiente“ Männer mit ihren Ansprüchen auf.

18. *obsidium* in passivem Sinne, wie I 68, 4 *intuta obsidio.* *Verulana Gratilla,* die unter Domitian verbannt wurde, zusammen mit Arulenus Rusticus (80, 8), dessen Gattin sie gewesen zu sein scheint.

21. *concubia nox,* die Zeit zwischen Dämmerung und Mitternacht; ann. I 39, 8.

22. *per neglecta,* über unbeobachtete Stellen. Agr. 18 *custodiri suspecta.* Diese substantivierten neutralen Adjektiva sind gewöhnlich mit einem Gen. verbunden.

23. *artas* (sc. *fore*) enthält den Nachsatz zu dem Bedingungssatze.

24. *ut . . . potuerit* „daß er hätte . . . können“. In der Regel bezeichnet der Konj. Perf. von *possum, queo* u. *nequeo* im Konsekutivsatz eine wirklich eingetretene Folge, z. B. Liv. IV 24, 9. — Wie hier Liv. XXII 37, 2.

70. Luce prima Sabinus, antequam in vicem hostilia coeptarent, Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur: simulationem prorsus et imaginem deponendi imperii fuisse ad decipiendos tot illustres viros. cur enim e rostris fratris domum, inminentem foro et inritandis hominum oculis, quam Aventinum et penates uxoris petisset? ita privato et omnem principatus speciem vitanti convenisse. contra Vitellium in Palatium, in ipsam imperii arcem regressum; inde armatum agmen emissum, stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem, ne Capitolio quidem abstineri. togatum nempe se et unum e senatoribus: dum inter Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium iudicatur, iam Hispaniis Germaniisque et Britannia desciscentibus, fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad condiciones vocaretur. pacem et concordiam victis utilia, victoribus tantum pulchra esse. si conventionis paeniteat, non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Vespasiani vix puberem — quantum occisis uno sene et uno iuvene profici? —:

70, 1. *Luce prima,* des 19. Dezember.

in vicem hostilia, die gegenseitigen Feindseligkeiten. Vgl. 46, 6 *cuncta in vicem hostilia.*

2. *primipilares* I 31, 6. I 87, 10. II 22, 18. IV 15, 19.

3. *turbarentur* verletzt würden.

4. *prorsus* „eitel".

5. *domum inminentem foro et inritandis hominum oculis.* Der Gerundivdativ steht attributiv („geeignet zu . . .") und dem Part. *inminentem* beigeordnet. Er gibt die Wirkung der Lage an. (*et* = „und darum"). Vgl. zu I 85, 1. III 20, 14. — Zur Sache vgl. die Erzählung vom Hause des Konsuls Publius Valerius bei Liv. II 7, 6 *aedificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore* sqq.

6. *quam* statt *potius quam* wie 60, 7. IV 83, 19 u. ö.

10. *celeberrimam* belebteste.

11. *togatum,* im Friedensgewande.

12. Über *dum* mit Ind. Praes. in obliquer Rede s. zu 38, 21.

13. Die Plurale *captivitates* („Eroberungen") und *deditiones* („Kapitulationen") kommen nur an dieser Stelle vor. Vgl. übrigens 83, 9. ann. XVI 16 *in cladibus exercituum aut captivitate urbium.*

iudicatur, statt *diiudicatur.* Caes. b. civ. II 32, 6 *diiudicata iam belli fortuna.*

15. *donec — vocaretur* „bis er zur Unterhandlung gezogen sei."

16. *utilia.* Über das Neutrum s. zu IV 64, 10; vgl. II 20, 12. Friede und Eintracht seien von größerer Bedeutung für die Besiegten (d. i. die Vitellianer) als für die Sieger.

17. *non,* nicht *ne,* weil die Negation nur zu *se* gehört.

iret obviam legionibus et de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum proelii cessura. trepidus ad haec Vitellius pauca purgandi sui causa respondit, culpam in militem conferens, cuius nimio ardori inparem esse modestiam suam; et monuit Martialem, ut per secretam aedium partem occulte abiret, ne<a> militibus internuntius invisae pacis interficeretur: ipse neque iubendi neque vetandi potens, non iam imperator, sed tantum belli causa erat.

71. Vixdum regresso in Capitolium Martiale furens miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor. cito agmine forum et inminentia foro templa praetervecti erigunt aciem per adversum collem usque ad primas Capitolinae arcis fores. erant antiquitus porticus in latere clivi dextrae subeuntibus, in quarum tectum egressi saxis tegulisque Vitellianos obruebant. neque illis manus nisi gladiis armatae, et arcessere tormenta aut missilia tela lon-

20. *summa rerum* hier „Weltherrschaft"; ferner höchste Gewalt, Oberbefehl (*summum imperium*): II 33. IV 25; Gesamtlage, allgemeiner Zustand: II 81. III 50; letzte Entscheidung, Endergebnis: Agr. 5.

21. *cetera — cessura.* Ähnlicher Gedanke: II 20, 13 *gnarus ut initia belli processissent, famam in cetera fore.* Agr. 18 *prout prima cessissent, terrorem ceteris fore.* ann. XII 31 *gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni.*

ad haec unter dem Eindruck dieser Worte, wie ann. I 44.

23. *cuius.* Der Relativsatz geht in die indirekte Rede über.

24. *per secretam aedium partem,* Umschreibung des alltäglichen Wortes *postica.*

26. *neque iubendi neque vetandi potens.* Agr. 7 a. E. *nec legatus praetorius ad cohibendum potens.* Vgl. h. I 45, 10 *Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus, iubere iam poterat.*

71, 2. *sibi quisque auctor.* Vgl. I 38, 16 *sibi quisque dux et instigator.*

3. *inminentia foro templa,* wie I 40, 11 *imminentium templorum*; III 70, 6 *domum inminentem foro.*

erigunt aciem per adversum collem. ann. XV 42 *per montes adversos.* — h. IV 71, 21 *equitum aciem in collem erigeret.* Agr. 36. Liv. XXVIII 15, 10 *in adversum collem erigere aciem.* IX 31, 14. X 26, 8.

5. *subeuntibus* „wenn man hinaufgeht". Der Dativ des Part. Praes. bezeichnet den Standpunkt oder die Richtung, von der aus die Anschauung der Örtlichkeit gewonnen wird. V. 11, 17 *procul intuentibus pares* „wenn man sie von Ferne sah". Herod. II 29 ἀπ' Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι ἀναντές ἐστι χωρίον. Thuc. I 24. Liv. XLII 15, 5 *escendentibus ad templum . . . maceria erat ab laeva iuxta semitam.* XXXII 4, 3 *Thaumaci a Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti loco alto siti sunt.* I 8, 5.

6. *egredi* „hinaufsteigen"; 29, 10. Subjekt sind die Leute des Sabinus.

gum videbatur: faces in prominentem porticum iecere et sequebantur ignem ambustasque Capitolii fores penetrassent, ni Sabinus revolsas undique statuas, decora maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. tum diversos Capitolii aditus invadunt iuxta lucum asyli et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. improvisa utraque vis; propior atque acrior per asylum ingruebat. nec sisti poterant scandentes per coniuncta aedificia, quae ut in multa pace in altum edita solum Capitolii aequabant. hic ambigitur, ignem tectis obpugnatores iniecerint, an obsessi, quae crebrior fama, dum nitentes ac progressos depellunt. inde lapsus ignis in porticus adpositas aedibus; mox sustinentes fastigium aquilae vetere ligno traxerunt flammam alueruntque. sic

10. *decora* „Ehrenmale"; von den Ahnenbildern: I 15, 5; von Personen überhaupt: I 84, 14. II 81, 14.

11. *diversos Capitolii aditus.* Der kapitolinische Berg hatte zwei Höhen: die nördliche, wo man heute 124 Stufen zur Kirche S. Maria in Araceli hinansteigt, trug die eigentliche *arx*, die Zitadelle Roms, auf der südwestlichen, dem Kapitol (von Tac. auch *arx Capitolii* oder *Capitolina arx* genannt), wo sich jetzt die deutsche Botschaft und das archäologische Institut befinden, stand der dreizellige Jupitertempel. In der Senkung zwischen beiden vor alters bewaldeten Kuppen lag das *asylum*. Liv. I 8, 5. — Der geschilderte Angriff erfolgte vom Forum aus (*forum praetervecti*), war also zunächst auf den südöstlichen Zugang zum Kapitol gerichtet. Die nordöstliche Abdachung des letzteren zum Asyl hin, rechts von den Stürmenden, (wo jetzt der Palazzo dei Conservatori steht) war mit Häusern bedeckt, die bei dem Sturme in Flammen aufgingen. Der andere Angriffspunkt war an der steileren Westseite, wo, wahrscheinlich bei der *porta Carmentalis*, jene Treppe zum tarpejischen Felsen hinaufführte. Statt *Tarpeia rupes* wird er ann. VI 19 *saxum Tarpeium*, auch einfach *saxum* (ann. II 32. IV 29 in bestimmtem Zusammenhange) genannt.

12. *aditur* zugänglich ist.

14. *ut in multa pace* „in dem Glauben an dauernde Friedenszeit". Dieselbe Verbindung I 77,3.

16. *ignem tectis oppugnatores iniecerint, an obsessi.* Vgl. die Erzählung vom Brande des Amphitheaters von Piacenza II 21, 3 ff.

17. *dum — depellunt.* Über das kausale *dum* s. zu I 82, 4 *dum ruentibus obsistunt.* II 66, 9 *dum insectatur* IV 33, 17 u. ö.
nitentes = *enitentes.* Liv. XXV 13, 14 *nitentis per ardua.*

18. *lapsus* griff über.
aedibus. Der Plural vom Tempel des kapitolinischen Jupiter wegen der drei Zellen Jupiters, Junos und Minervas, wie IV 53, 20. Dagegen 72 a. E. *ea tunc aedes cremabatur.*

19. *aquilae* nannte man die Adlerflügeln ähnlichen Verzierungen der Balken, welche die Figuren der Giebelspitze stützten,

Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit.

72. Id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit, nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis, sedem Iovis Optimi Maximi auspicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum excindi. arserat et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum, quibus armorum causis, quo tantae cladis pretio? stetit, <dum> pro patria bellavimus. voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino ieceratque fundamenta spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc populi Romani res sufficerent. mox Servius Tullius sociorum studio, dein Tarquinius Super-

20. *indefensum et indireptum.* Adjektiva mit *in* privativum finden sich bei Tac. noch häufiger als bei andern Schriftstellern, paarweise verbunden. S. 13, 20. IV 56, 10. 58, 33 *incorrupta — intemerata* u. ö. — *indireptus* ist ἀπ. εἰρ. (wie *indispositus* II 68, 7), *indefensus* nicht klassisch; s. zu I 6, 6.

72, 1. *Id facinus post* sqq. Vgl. Sall. Cat. 18, 8 *eo die post conditam urbem pessumum facinus patratum foret.*

2. *rei publicae populi Romani,* ein Ausdruck von feierlicher Umständlichkeit. Liv. XXII 10, 2 *res publica populi Romani Quiritium.* VIII 9, 8. XXII 53, 10.

4. *auspicato,* wie I 84, 25.

pignus imperii. IV 54, 8 *finem imperio adesse.* S. die Legenden über die Gründung des Tempels bei Livius I 55, 3—6.

6. *furor* „wahnsinniges Beginnen".

et ante wie 37, 14.

7. *civili bello,* im sullanischen Krieg 83 v. Chr. Dasselbe Ereignis meint Tac. ann. VI 12 mit der ungenauen Bezeichnung *post exustum sociali bello Capitolium.*

privata, eines einzelnen oder einzelner.

9. *voverat Tarquinius Priscus.* Vgl. Liv. I 38, 7.

10. *fundamenta.* Er hatte auf dem ziemlich schmalen Vorsprung durch Auffüllungen und Untermauerung eine breite Fläche, *area,* geschaffen.

spe magis futurae magnitudinis. Liv. a. a. O.: *iam praesagiente animo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis.*

12. *Servius Tullius sociorum studio.* Von einer Beteiligung der Bundesgenossen an dem Bau und von einer Weiterführung desselben durch Servius überhaupt ist nichts überliefert, wohl aber daß dieser König auf dem Aventin einen Dianatempel als Bundesheiligtum der Latiner und Römer von gemeinsamen Beiträgen errichtet habe. Liv. I 45, 2. Tac. ann. XV 41 *vetustissima religione* (*templum*), *quod Servius Tullius Lunae . . . sacraverat.* Vielleicht liegt an unserer Stelle eine Verwechselung mit jener Überlieferung vor.

bus capta Suessa Pometia hostium spoliis extruxere. sed gloria operis libertati reservata: pulsis regibus Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit ea magnificentia, quam inmensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent. isdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto quadringentorum quindecim annorum spatio L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat. curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. ea tunc aedes cremabatur.

73. Sed plus pavoris obsessis quam obsessoribus intulit. quippe Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat: ex diverso trepidi milites, dux segnis et velut captus

Tarquinius Superbus. Liv. I 53, 2 ff. *is primus Volscis bellum . . . movit Suessamque Pometiam ex his vi cepit. Ubi cum divendita praeda quadraginta talenta argenti refecisset, concepit animo eam amplitudinem Iovis templi . . . captivam pecuniam in aedificationem seposuit.* 55, 7 *Pomptinae manubiae vix in fundamenta suppeditavere.* Nach Livius ist der Grundstein zum Tempel selbst erst von Tarquinius Superbus gelegt worden.

13. *Suessa Pomptia, (Pometia, Pontia*), die Volskerstadt, zum Unterschiede von *Suessa Aurunca,* in der Nähe der nach ihr benannten Sümpfe gelegen.

Nach *gloria,* das in der Handschrift am Ende einer Kolumne steht, ist vielleicht *patrati* ausgefallen. Vgl. 64, 9 *gratiam patrati belli.* IV 81, 18 *patrati remedii gloriam.*

14. *libertati,* dem freien Staate der Republik.

Horatius Pulvillus. Die Angaben der Alten schwanken nicht nur inbetreff des Jahres, ob 509 oder 507 v. Chr., sondern auch über den Namen des Konsuls.

16. *isdem r. vestigiis,* wie IV 53, 4 *templum isdem vestigiis sisteretur.* Vgl. II 78, 7.

17. *situm* „angelegt", „errichtet" wie IV 22, 15. Ann. II 7, 8. III 38, 20 u. ö.

quadringentorum quindecim. Wenn wir vom Konsulat des Horatius (507) bis zu dem des Norbanus (83) zählen und die *termini* mitrechnen, so ergeben sich nicht 415, sondern 425 Jahre.

20. *hoc — negatum,* nach Sullas eigenem Bekenntnis. Plin. n. h. VII 43.

Lutatius Catulus, der Sohn des Cimbernbesiegers, weihte den neuen Tempel 69 v. Chr. ein.

73, 1. *intulit.* Subjekt ist der Tempel, jedoch nicht das Gebäude an sich, sondern dessen Brand.

intulit — indigebat — competere usw., Abwechslung in den Zeitformen. Deskriptive Infin. und Imperf. veranschaulichen die *trepidatio* der Mannschaft sowie die *segnitia* des Führers der Flavianer. Mit *inrumpunt* ist ein gewaltsamer Fortschritt der Handlung bezeichnet.

3. *ex diverso* wie 5, 7.

velut captus animi wie gelähmten Geistes. Liv. VI 36, 8 *capti et stupentes animi.*

animi non lingua, non auribus competere; neque alienis consiliis regi neque sua expedire, huc illuc clamoribus hostium circumagi, quae iusserat vetare, quae vetuerat iubere; mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exequi; postremo abiectis armis fugam et fallendi artes circumspectabant. inrumpunt Vitelliani et cuncta sanguine ferro flammisque miscent. pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes Cornelius Martialis, Aemilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi obtruncantur. Flavium Sabinum inermem neque fugam coeptantem circumsistunt et Quintium Atticum con-

4. *non lingua, non auribus competere.* ann. III 46 *oppidani neque oculis neque auribus satis competebant,* nach Sall. hist. frg. I 88. *neque animo neque auribus aut lingua competere.* Liv. V 42, 3 *non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant.* XXI 58, 5 *capti auribus et oculis metu omnes torpere.* VII 26, 5.

5. *sua expedire,* sich selbst zu raten wissen, Rat schaffen. II 52, 9: *nemo privatim expedito consilio.*

huc illuc, s. 3, 7.

6. *quae iusserat vetare, quae vetuerat iubere.* Eine Antimetabole, wie II 37, 12 und III 33, 3.

8. *fallendi artes* wie 59, 14.

circumspectabant = *speculabantur* „sahen sich nach einer Gelegenheit zur Fl. um". Liv. XXI 34, 5 *circumspectans omnia.* XXII 22, 8 *circumspectis omnibus.* Sall. Jug. 72, 2 *circumspectare omnia et omni strepitu pavescere.*

inrumpunt „da . . ."

9. *ferro flammisque,* „mit Feuer und Schwert"; eine auch bei Cicero häufige formelhafte Verbindung. ann. I 51. Lucan VII 261. Liv. I 29, 2 *omnia ferro flammaque miscet.* XXXV 11, 11 *ferro flammaque omnia pervastant.* Gewöhnlich *ferro ignique.*

10. *militarium virorum,* nicht partitiver Gen., sondern wie 12, 9 *paucis resistentium,* 61, 7 *paucos repugnantium* zu nehmen. — *militaris vir* = Haudegen, Soldat im besten Sinne des Worts; ebenso ann. XV 10, 4. 26, 12. 67, 10. Dagegen ann. IV 42, 5 *Aemilius e militaribus viris* einfach = Veteran. h. II 75, 2 = erfahrener Feldherr, Stratege.

inter quos maxime insignes wie 69, 18. ann. I 8, 10 *ex quis maxime insignes.*

Cornelius Martialis, s. 70, 2.

11. *Aemilius Pacensis* hatte als Tribun einer städtischen Kohorte von Galba den Abschied erhalten; von Otho wieder angestellt, wurde er als einer der Führer gegen das narbonensische Gallien geschickt. I 20. 87. II 12.

Casperius Niger, vielleicht derselbe wie der Ann. XII 45 genannte Centurio *Casperius.*

13. *circumsistunt,* die Vitellianer.

C. Quintius Atticus war als Amtsgenosse des Caecilius Simplex (II 60, 14) für die beiden letzten Monate des Jahres 69 eingesetzt worden.

sulem, umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fide clientium contecti et inter sarcinas abditi. fuere qui excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve audaciam pro latebra haberent.

74. Domitianus prima inruptione apud aedituum occultatus, sollertia liberti lineo amictu turbae sacricolarum inmixtus ignoratusque apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. ac potiente rerum patre, disiecto aeditui con-

14. *umbra* = *imagine*; Liv. VIII 4, 2 *sub umbra foederis aequi servitutem pati possumus* Iuven. XIV 109 *specie virtutis et umbra.*

monstratus, auf den man gleichsam mit dem Finger weist. Germ. 31.

15. *edicta in populum* Erlasse an das Volk. Vgl. ann. XV 73 *Nero . . . oratione inter patres habita edictum apud populum . . . adiunxit.*

17. *Contecti* ändert man meist in *protecti*. Vielleicht war der ursprüngliche Text *alii fide clientium abditi et* (*aut*?) *inter sarcinas contecti.*

18. *excipere* hier = *intercipere*; auch 32, 15; dagegen Agr. 45 *excepissemus certe* sqq. fast = *accipere,* empfangen, vernehmen, was für uns bestimmt war. Liv. VIII 6, 7 *adsensu populi excepta vox consulis.*

signum Losung, Parole, wie I 38, 10. III 22, 15.

19. *audaciam pro latebra haberent.* Sall. Cat. 58, 17 *audacia pro muro habetur.*

74, 1. *aedituus,* der Tempelhüter, wohnte in der Nähe oder am Eingang des Tempels, den er öffnete und schloß, auch Fremden zeigte. Cic. Verr. IV 44. Ein solcher ist auch gemeint I 43, 6 *Piso in aedem Vestae pervasit exceptusque misericordia p u b l i c i s e r v i imminens exitium differebat.* — Zu unserer Stelle vgl. Suet. Dom. 1.

2. *lineo amictu.* Die damals in Rom schon zahlreichen Isisdiener trugen im Heiligtum, gleich den Priestern, Mäntel von Linnen (Byssus); Wollkleider galten ihnen für unrein. Die Männer schoren das Haupt kahl. Vgl. Iuven. VI 532 ff. *Ergo hic praecipuum summumque meretur honorem, qui grege linigero circumdatus et grege calvo plangentis populi currit derisor Anubis.*

immisceri, reflexives Passiv: sich anschließen an; II 71, 3 *immixtis histrionibus*; vom Einzelnen „sich verlieren unter . . .“ Agr. 40 *turbae servientium immixtus est.*

ignoratus „ohne erkannt zu werden“; s. 23, 8.

4. *Velabrum,* s. I 27, 11.

delitesco, bei Tac. nur hier.

potiri „im Besitze sein“, wie oft bei Tac. und andern. II 101, 1 *potiente rerum Flavia domo.* IV 35, 4. V 25, 6. ann. II 42 *rex Archelaus Cappadocia potiebatur.* Cic. Rosc. Am. 70 *dum ea rerum potita est.* Sall. Jug. 13, 5. Liv. VI 33, 10 *quoniam oppido potirentur* u. ö.

contubernio, s. zu I 43, 6.

tubernio, modicum sacellum Iovi Conservatori aramque posuit casus suos in marmore expressam; mox imperium adeptus Iovi Custodi templum ingens seque in sinu dei sacravit. Sabinus et Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone voltuque excipiuntur, frementibus qui ius caedis et praemia navatae operae petebant. clamore<a> proximis orto sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere, ut absisteret: tum confossum laceratumque et absciso capite truncum corpus in Gemonias trahunt.

75. Hic exitus viri haud sane spernendi. quinque et triginta stipendia in re publica fecerat, domi militiaeque clarus.

5. *Iovi Conservatori.* Es gibt unter Domitian geprägte Münzen mit der Aufschrift: *Iovi Conservatori S. C.* — Die Worte *Iuppiter Custos* finden sich auf solchen, welche Nero nach der Entdeckung der Pisonischen Verschwörung schlagen ließ.

6. *casus suos — expressam* „mit der Darstellung seiner Schicksale geschmückt“; eine dichterische, den Griechen nachgeahmte Verbindung, nach Analogie des Gebrauchs der passiven Formen *indutus, pictus, inscriptus* mit relativem Akkusativ. Val. Flacc. Arg. I 398 *insequeris casusque tuos expressa, Phalere, arma geris*; und 401 *Tum caelata metus alios gerit arma Eribotes.* — Verg. eclog. III 106 *inscripti nomina regum flores.* — *expressus* absolut bei Plin. ep. III 6, 1 *Corinthium signum festivum et expressum,* mit getriebener Arbeit, Reliefs, versehen.

7. *templum,* auf dem Kapitol.

9. *sermone voltuque,* eine häufige Verbindung. IV 8, 7 *et voltus quoque ac sermones.* ann. I 33. IV 54. VI 50. Vgl. zu h. I 14, 12 *vultu habituque.* ann. XVI 32 *habitu et ore.*

11. *minas adulationesque miscet* „versucht es bald mit ... bald mit ...“ Agr. 15. ann. I 7 4. III 67, 16.

12. *pro gradibus*; I 29, 9 *Piso pro gradibus domus vocatos* sqq.

13. *confossum ... corpus,* ein unlogisch zusammengedrängter Ausdruck; denn „erstochen“ wurde nicht der „Leib“ des Sabinus, sondern dieser selbst.

12. *Vitellium pervicere, ut,* wie ann. XV 57 *at illam non verbera ... pervicere, quin ... denegaret.* Liv. XLII 45, 4 *pervicerat Rhodios, ut Romanorum societatem retinerent.*

14. *Gemonias* sc. *scalas* „die Seufzertreppe“, ein wahrscheinlich am Fuße des Kapitolfelsens befindlicher Platz, wohin man die Leichname der Hingerichteten zu schleifen pflegte, um sie zur größeren Schmach den Aasvögeln oder dem Fluß zu übergeben. — Die Ellipse des Substantivs (auch 85, 3. ann. III 14. V 9. VI 25) wie bei *via, porta* usw. III 79. 82.

75, 1. *haud spernendus,* eine bei Tac. beliebte Litotes. II 11, 10 *h. spernenda manus*; 86, 11 *bello non spernendus* u. ö,

2. *stipendia in r. p. fecerat* „hatte seinem Vaterlande gedient“.

innocentiam iustitiamque eius non argueres; sermonis nimius erat: id unum septem annis quibus Moesiam, duodecim quibus praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor. in fine vitae alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credidere. quod inter omnis constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus. ferebant plerique etiam paci consultum dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem imperatoris, alter consortem imperii cogitaret. sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque agnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur.

76. Isdem diebus L. Vitellius positis apud Feroniam castris

3. *argueres* hätte man nicht bestreiten können, Potentialis der Vergangenheit, s. zu I 10, 8 *laudares*.

sermonis nimius „allzu redselig". Der relative Genetiv bei *nimius, immodicus, ingens, modicus* u. ä., von den übrigen Schriftstellern auf wenige Substantiva (*animus, mens*) beschränkt, wird von Tac. in weiter Ausdehnung angewendet; s. auch zu I 53, 2.

4. *duodecim*, wohl nicht hintereinander, denn nach ann. XIV 42 bekleidete im J. 61 L. Pedanius Secundus die Stadtpräfektur. — Unter Augustus und Tiberius waren die Stadtpräfekten nur zeitweilige Stellvertreter des Kaisers: so wurde L. Piso 16 oder 17 n. Chr. als solcher für kürzere Zeit bestellt; 26 trat er das Amt von neuem an und behielt es bis zu seinem Tode 32. Danach wurde das Amt ein ständiges auch in Anwesenheit des Monarchen. Die Stellung der Präfekten in der spätern Zeit läßt sich mit der eines Ministers des Innern vergleichen.

5. *calumniatus est*, ohne den Begriff der Böswilligkeit, mehr scherzhaft gesagt: „wußte an ihm auszusetzen"; denn ganz unangetastet kann ja der Stadtklatsch keinen lassen.

6. Der Gen. von *parcus* abhängig, wie I 49, 12 *suae* (*pecuniae*) *parcus, publicae avarus*.

7. *constiterit*. Der Potentialis im Nebensatze, zumal wenn das Subjekt unpersönlich oder ein neutrales Fürwort ist, findet sich selten. Liv. VI 12, 6 *quod inter omnes auctores conveniat*.

11. *sed* nimmt den Faden der Erzählung wieder auf.

15. *invidia* „Anfeindung", „gehässige Nachrede". 76, 11. IV 4, 7 *invidia in occulto*. Anders IV 18 22 *invidia apud populares*, Mißvergnügen, Unzufriedenheit. Die Verbindung *invidia* und *crimen* bei Cic. Verr. V 19. 133. p. Cluent. 1. vgl. ann. III 16, 15 *invidia falsi criminis oppressus*. Dial. 36, 30 *in aliquam invidiam aut crimen vocati*. S. auch IV 68, 26 *contumelias et invidiam*.

76, 1. *apud Feroniam*, bei dem Heiligtum der Feronia.

excidio Tarracinae imminebat, clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi moenia neque periculum in aperto audebant. praeerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia socordiaque gladiatorum magis quam ducum similes. non vigilias agere, non intuta moenium firmare: noctu dieque fluxi et amoena litorum personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. paucos ante dies discesserat Apinius Tiro donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis plus invidiae quam virium partibus addebat.

Diese war eine von mittelitalischen Völkern an verschiedenen Orten, wie Präneste, im Sabinerlande, am Soracte (Liv. I 30, 5. XXVII 4, 15) und bei Tarracina verehrte Frühlings- und Quellgöttin, vielfach mit Juno oder mit Venus identifiziert. Verg. Aen. VII 799 ff.:

quis Iupiter Anxurus arvis
Praesidet et viridi gaudens
Feronia luco.

Das Heiligtum lag einige römische Meilen von Tarracina entfernt.

2. *excidio T. imminebat* „bedrohte mit . . .“ IV 15, 16 *excidiis castellorum imminebant.* — „trachten nach“: IV 17 a. E. *regno imminebat.* Ovid. Met. I 146 *imminet exitio vir coniugis, illa mariti.*

3. *egredi* mit dem Akkus. des Ortes, wie IV 44, 8 *exilium,* V 15, 9. ann. I 30. XV 45. Bei Livius mehrfach *urbem egredi.*

in aperto, s. zu II 3, 12.

4. *praeerat* an der Spitze des Satzes auch I 60, 1. III 57, 4. IV 70, 11.

supra, 57, 13.

5. *gladiatorum.* Unter dieser Bezeichnung könnten die *remiges* mitbegriffen sein, aber auch so bildet *gladiatorum* keinen Gegensatz zu *ducum,* das nicht die Führer der hier genannten Truppen, sondern allgemein „Führer“ in militärischem Sinne bezeichnet. Vielleicht hat Tacitus *gregariorum* geschrieben, das durch die Erinnerung an das vorausgehende *gladiatoribus* in *gladiatorum* verderbt sein kann.

6. Statt *intutus* brauchen Cicero und Caesar *parum tutus, non satis firmus* und ähnliche Ausdrücke. *intuta* hier = *intuta loca.*

7. *noctu dieque* eine Variation von *noctu diuque,* s. zu II 5, 2.

fluxi = dissoluti.

amoena litorum. Der Gen. nicht partitiv, wie bei *intuta moenium,* sondern das substantivierte Neutrum *amoena* gibt einfach ein Attribut zu *litora.* Vgl. *obstantia silvarum* u. ä.

personantes nach Verg. Aen. VI 417 *Cerberus haec ingens latratu regna trifauci Personat.*

9. *Apinius Tiro,* s. 57, 6.

10. *donis ac pecuniis,* kein eigentliches Hendiadyoin, wenn auch die Lieferungen vorwiegend in Geld bestanden haben werden.

pecuniis — conquirendis. ann. XIII 31 a. E. *corripiendis pecuniis.*

11. *invidia* wie 75, 15.

77. Interim ad L. Vitellium servus Vergilii Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuam arcem traditurum, multa nocte cohortes expeditas summis montium iugis super caput hostium sistit. inde miles ad caedem magis quam ad pugnam decurrit: sternunt inermos aut arma capientes et quosdam somno excitos, cum tenebris pavore, sonitu tubarum clamore hostili turbarentur. pauci gladiatorum resistentes neque inulti cecidere, ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine inplicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinaris; reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur. fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tamquam gladio militari cincta inter luctum cladesque expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset. ipse lauream gestae pro-

77, 1. *Cn. Vergilius Capito* war unter Claudius Präfekt von Ägypten. CIL III 6024.

2. *praesidium* Mannschaft, wie IV 56, 15.

4. *ad caedem magis quam ad pugnam*, IV 33 9 *caedes inde, non proelium.* Der Gegensatz des ‚Schlachtens' und der ‚Schlacht' wird von Livius wiederholt hervorgehoben: II 53, 2 *deinde caedes magis quam proelium.* V 45, 3 *nusquam proelium, omnibus locis caedes est* u. ö.

5. *sternunt.* Agr. 36 *stratis, qui in aequo adstiterant.* Caesar braucht *prosternere.*

6. *somno excitos.* Mit Präposition: 55, 1 *ut e somno excitus,* wie Liv. IV 27 6 *ex s. excivit.*

tenebris, pavore sqq., Zusammenstellung verschiedenartiger Begriffe, die ursächliche Beziehung zueinander haben. ann. XIII 15 *dissimulationem nox et lascivia exemerat* „die durch die Nachtzeit gesteigerte Zügellosigkeit".

9. *permixtis paganis,* s. zu 74, 2. II 14, 11 *pars classicorum mixtis paganis.*

pagani „Bürgersleute", wie I 53, 14.

11. *Apollinaris,* s. 57, 4.

12. *captae . . . hausit.* Zum Wechsel der Konstruktion vgl. Germ. 29 *nec tributis contemnuntur nec publicanus atterit.*

ruentium onere pressas = *oppressas.* ann. II 17, 20 *postremo moles ruentium et incidentes ripae operuere,* und zu 79, 6.

13. *foedatus* „greulich zugerichtet".

in ore eius iugulatur. Sen. de ben. VII 19, 8 *si in ore parentum liberos iugulat.*

15. *gladio militari,* s. 80, 2 *scuta militaria,* eigentliche, für die Schlacht brauchbare Schilde. — Den Römern war es ein Greuel, wenn Frauen mit militärischen Dingen kokettes oder gar frivoles Spiel trieben. Vgl. was I 48, 8 u. II 20, 5 hierüber gesagt ist.

16. *lauream,* kurz für die mit Lorbeer umwundene Siegesbotschaft. Agr. 18 *ne laureatis quidem* (sc. *litteris*) *gesta prosecutus est.* Plin. paneg. 8, 3.

spere rei ad fratrem misit, percunctatus statim regredi se an perdomandae Campaniae insistere iuberet. quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed rei publicae fuit. nam si recens victoria miles et super insitam pervicaciam secundis ferox Romam contendisset, haud parva mole certatum nec sine exitio urbis foret. quippe L. Vitellio quamvis infami inerat industria, nec virtutibus, ut boni, sed quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.

78. Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat. causa tam pravae morae, ut Mucianum opperirentur. nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent tamquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotales opes pretium proditionis offere-

17. *percunctatus* und fragte an.

18. *quod* = der Umstand, daß er die Frage an den Bruder richtete. Wäre er, ohne anzufragen, sofort nach Rom aufgebrochen, so hätte dies nicht allein für die Partei des Vespasian sondern auch für den Staat unheilvolle Folgen gehabt.

19. *recens* „frisch von etwas herkommend“. ann. I 41. IV 52. Vgl. zu III 19, 2.

21. *haud parva mole* sqq. „so hätte es harte Arbeit gegeben“. *moles* wie 84, 1 *plurimum molis in oppugnatione castrorum fuit.* IV 28, 13. Anders II 6, 3.

22. *infami.* S. 38, 10 ff.

23. *quo modo* im Vergleichungssatze wie IV 8, 18. 42, 26. Agr. 34. Dial. 36; bei Cicero selten.

78, 2. *festos Saturni dies.* ann. XIII 15, 5 *festis Saturno diebus.* Tibull. I 3, 18 *Saturni sacram diem.* Die Saturnalien waren ein altitalisches Fest; sie wurden vom 17. bis 21. Dezember, später gar bis zum 24. mit ausgelassener Lust, Schenken und Schmausen begangen. Hor. Sat. II 3, 4 *ab ipsis Saturnalibus huc fugisti sobrius!* Auch war es ein allgemeines Versöhnungsfest, während dessen die Waffen ruhen sollten.

Ocriculum, der südlichste Ort Umbriens am Tiber. Die Ruinen liegen in der Nähe des heutigen Otricoli. Die berühmte Zeusbüste im Vatikan ist dort gefunden.

3. *causa* mit finalem *ut* wie II 54, 5. V 23, 7 hat auch Livius VI 31, 7 *morandi causa erat, ut hostem* . . . XXXIII 1, 5 *causa erat morae, ut* . . . Vgl. 82, 3 *ratio cunctandi, ne* . . . wie bei Cicero und Caesar: b. g. VI 22, 3 *causas: ne . . . commutent.*

4. *nec defuere qui — arguerent tamquam.* Vgl. 65, 2. 77, 14. — Dem *nec defuere qui* entspricht das folgende *alii* und *quidam.* So faßt Tac. die Zeugenaussagen zusammen und gibt schließlich sein Endurteil, das sich in diesem Falle in Gegensatz zu den durch offenbare Parteilichkeit gefärbten Angaben stellt.

6. *dotales opes,* etwa = *opulentam* (*opimam*) *dotem.*

7. Zu *alii* ist ein Verbum dicendi aus *arguerent* zu entnehmen.

bat. alii ficta haec et in gratiam Muciani composita; quidam omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum quam inferre, quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent, et abscisis omnibus praesidiis cessurus imperio videbatur: sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta, qui sumptis temere armis munitissimam Capitolii arcem et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem adversus tris cohortes tueri nequivisset. haud facile quis uni adsignaverit culpam, quae omnium fuit. nam et Mucianus ambiguis epistulis victores morabatur, et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit, ceterique duces dum peractum bellum putant, finem eius insignivere. ne Petilius quidem Cerialis cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat, donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret.

79. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra multo iam noctis serum auxilium venit. illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere urbem, maesta omnia accepit;

10. *cessurus imperio.* II 77, 6 *non cedere imperio ei* „auf den Thron verzichten", „zurücktreten". Vgl. III 68, 4 *exire de imperio.* Dafür das einfache *cedere* 66, 2; 68, 9. II 55, 2.

videbatur nach *descivissent*: Aufhebung der indirekten Rede.

13. *tris cohortes* sc. *praetorias* s. 69, 6.

15. *ambiguis epistulis*, s. 52,8.

16. *praepostero obsequio*, durch übel angebrachte Fügsamkeit gegenüber Mucian als dem *auctor pravae morae.*

dum regerit invidiam, dadurch, daß er die an den Brand des Kapitols sich knüpfende *invidia* auf Mucian abwälzte.

18. *insignivere* (durch die Metzeleien und den Brand), dem Sinne nach: „eine traurige Berühmtheit verschafft", so an allen Stellen bei Tac. Agr. 41 *annus funeribus et cladibus insigniretur.* ann. XVI 13, 1 *tot facinoribus foedum annum etiam di tempestatibus et morbis insignivere.* Auch das Part. Pass. adjektivisch in dieser Bedeutung: ann. IV 51, 8 *insignitius flagitium,* III 70, 10 *Capito insignitior infamia fuit.*

20. *Salaria via* (mit Ellipse des Subst. 82, 9 vgl. 79, 1) führte von Rom zuerst am Tiber hin über Fidenä, dann nordöstlich durch das Sabinerland nach Picenum.

79, 1. *Saxa rubra,* Ort an der flaminischen Straße, 6 römische Meilen von der Hauptstadt (bei dem jetzigen *Porta Prima*). Dort war nach Liv. II 49, 12 das Lager der Vejenter gegen die Fabier.

multo noctis = *multa nocte* (77, 3) „tief in der Nacht". S. zu 11, 3 und I 62, 7. *in multum diei* Liv. XXVII 2, 9 u. ö.

2. *serum auxilium venit.* Liv. III 5, 15 *Antiates serum auxilium post proelium venerunt.* XXVII 47, 7.

3. *maesta omnia* „kurz: lauter . . ." So *dira omnia* (V 17, 4),

plebem quoque et servitia pro Vitellio armari nuntiabatur. et Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat; namque incautum et tamquam ad victos ruentem Vitelliani, interiectus equiti pedes, excepere. pugnatum haud procul urbe inter aedificia hortosque et anfractus viarum, quae gnara Vitellianis, inconperta hostibus metum fecerant. neque omnis eques concors, adiunctis quibusdam, qui nuper aput Narniam dediti fortunam partium speculabantur. capitur praefectus alae Iulius Flavianus; ceteri foeda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus.

80. Eo successu studia populi aucta; volgus urbanum arma cepit. paucis scuta militaria, plures raptis quod cuique obvium telis signum pugnae exposcunt. agit grates Vitellius et ad tuendam urbem prorumpere iubet. mox vocato senatu deliguntur legati ad exercitus, ut praetexto rei publicae concordiam pacemque suaderent. varia legatorum sors fuit. qui Petilio Ceriali

laeta omnia, fausta omnia (Livius auch: *bona omnia*) II 74, 3. 80, 9 *laeta omnia excepit.* Die gleichmäßige Stellung der Adjektiva deutet auf den formelhaften Gebrauch solcher Verbindungen.

6. *ruere* vom blinden Daraufloßstürzen, oft auch ohne Angabe einer Richtung: I 56, 2. II 18, 6. III 82, 19. IV 78, 8. Agr. 35.

8. *anfractus* sind hier Krümmungen in horizontalerRichtung, Windungen, wie Liv. XXXIII 1, 4. Dagegen ann. IV 51 *montis anfractu repercussae voces,* u. Liv. XXXVIII 23, 6 *per omnes anfractus montium . . . in profundae altitudinis convalles delapsi* sqq., handelt es sich um vertikale Verhältnisse: Abhänge, Berglehnen.

gnarus in passivem Sinne nur bei Tacitus (und Apulejus), in den Hist. noch V 17, 8, in den Ann. 9 mal. Vgl. über *ignarus* 8, 10. — Vgl. Körner, Harras: „die kundigen Stege".

10. *fortunam speculabantur* wie ann. I 31.

12. *Fidenae* auf einem Hügel am linken Tiberufer, unweit der Aniomündung gelegen, alte Bundesgenossin von Veji. — Die Singularform *Fidena* ann. IV 62, 3. Verg. Aen. VI 773 u. bei Plinius.

secutis victoribus. Das Part. ohne Rücksicht auf Zeitfolge oder Zeitdauer gebraucht. Caes. b. g. VII 53, 4 *insecutis hostibus.* Cic. Tusc. V 97 *comitibus non consecutis.* Mit einem Objekt verbunden steht ein solcher Abl. abs. ann. VI 17 *copiam vendendi secuta vilitate*: XI 25 *orationem principis secuto patrum consulto.* Ebenso *ausus, sortitus* u. a. m.

80, 2. *scuta militaria,* s. zu 77, 15.

Der Plural *raptis telis* schließt sich an *plures* an, der Singular *quod* an *cuique.*

4. *prorumpere,* auf der Salarischen und der flaminischen Straße.

occurrerant, extremum discrimen adiere, aspernante milite condiciones pacis. volneratur praetor Arulenus Rusticus: auxit invidiam super violatum legati praetorisque nomen propria dignatio viri. pulsantur comites, occiditur proximus lictor dimovere turbam ausus, et ni dato a duce praesidio defensi forent, sacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius ante ipsa patriae moenia civilis rabies usque in exitium temerasset. aequioribus animis accepti sunt qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed duci plus auctoritatis.

81. Miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus, coeptabat-

7. *aspernante milite.* Er war nicht auf Frieden bedacht, sondern auf Rache für die eben erlittene Niederlage.

8. *Junius Arulenus Rusticus,* ein stoischer Philosoph, erbot sich als Volkstribun 66 n. Chr. gegen den Senatsbeschluß über Thrasea Einspruch zu erheben (ann. XVI 26). Im Jahre 94 wurde er auf Domitians Befehl getötet, weil er das Lob des Thrasea und Helvidius Priscus verkündigt und sie unsträfliche Männer genannt hatte. Agr. 2 u. Suet. Dom. 10.

auxit invidiam. S. zu 32, 9.

9. *dignatio* statt *dignitas,* hier = „persönliches Ansehen". S. zu I 19, 11. Vgl. Germ. 26. ann. XIII 20.

10. *proximus,* der dem Beamten nächste, also letzte in der Reihe der Liktoren.

11. *sacrum,* klassisch *sanctum.*

12. *legatorum ius.* Die Unverletzlichkeit der Gesandten ist die erste und notwendigste Grundlage für das *ius gentium* gewesen; sie wurde auch von ungebildeten Völkern selten mißachtet. ann. I 39, 16 *rarum etiam inter hostes, legatus p. R. Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset* sqq. Caes. b. g. III 9, 3 *legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos* sqq. Corn. Nep. Pelop. 5, 1 *legationis iure, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset.* Cic. Verr. I 85.

13. *civilis rabies* „die blinde Parteiwut", vgl. ann. I 39 a. E. *fatalem increpans rabiem . . . ius legationis* (sc. *violatum*) *atque ipsius Planci gravem casum miseratur.*

usque in exitium (bis zur Ermordung des Gesandten) wie ann. II 62, 3. Sonst wird *usque* von Tac. nicht in übertragener Bedeutung gebraucht. — *temerare* (auch 72, 5) ist ein dichterisches Wort'. ann. I 30 *castra infausta temerataque.*

81, 1. *C. Musonius Rufus,* der hier eine ähnliche Rolle spielt, wie der Kapuziner in „Wallensteins Lager", war Lehrer der stoischen Philosophie. Im J. 65 war er von Nero verbannt worden. ann. XIV 59. XV 71. h. IV 10, 1; 40, 12.

2. *philosophiae.* Das griechische Lehnwort meidet Tac. sonst in den historischen Werken; es findet sich noch Agr. 4. — *philosophus* ann. XIII 42 zur Abwechslung (nach *sapientia*). Sonst *sapientia, sapiens.* Cicero

que permixtus manipulis bona pacis ac belli discrimina disserens, armatos monere. id plerisque ludibrio, pluribus taedio; nec deerant qui propellerent proculcarentque, ni admonitu modestissimi cuiusque et aliis minitantibus omisisset intempestivam sapientiam. obviae fuere et virgines Vestales cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis: eximi supremo certamini unum diem postulabat: si moram interiecissent, facilius omnia conventura. virgines cum honore dimissae; Vitellio rescriptum Sabini caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia.

82. Temptavit tamen Antonius vocatas ad contionem legiones mitigare, ut castris iuxta pontem Mulvi positis postera die urbem ingrederentur. ratio cunctandi, ne asperatus proelio miles non populo, non senatui, ne templis quidem ac delubris deorum consuleret. sed omnem prolationem ut inimicam victoriae suspectabant; simul fulgentia per colles vexilla, quamquam inbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. tripertito agmine pars, ut adstiterat, Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen per Salariam Col-

verwendet den lateinischen und den griechischen Ausdruck nebeneinander.

placita (die Grundsätze, wie Dial. 19, 19. ann. XVI 19, 7) *Stoicorum aemulatus.* ann. VI 22 *sapientissimos veterum quique sectam eorum aemulantur* sqq. Vgl. Cic. Mur. 61 *Zeno, cuius inventorum aemuli* („Jünger") *Stoici nominantur.* Liv. I 18, 2 *Pythagoram . . . iuvenum aemulantium studia coetus habuisse constat.* — Über die stoische Opposition im politischen Leben s. ann. XIV 12. Agr. 42.

3. *bona* (Vorteile) — *disserens* „auseinandersetzen". IV 69, 1 *vim Romanam pacisque bona dissertans.* Vgl. zu II 2 a. E.

5. *modestissimi cuiusque,* der ordentlichen Leute.

7. *virgines Vestales.* Sie standen seit Augustus unter unmittelbarer Aufsicht des Kaisers als *pontifex maximus;* in seinem Auftrag ziehen sie dem Antonius entgegen. Ihre sonstige öffentliche Tätigkeit beschränkte sich auf die Stadt. IV 53. ann. I 8. II 34. 86. IV 16. XI 32. XV 22.

8. Über *postulo* mit Akk. c. inf. s. zu II 10, 12.

11. *belli commercia,* wie ann. XIV 33 *belli commercium* (nach Verg. Aen. X 532 *belli commercia Turnus sustulit*), „militärische Unterhandlungen".

82, 2. *pontem Mulvi,* s. zu II 89, 1.

3. *ratio* — *ne,* s. zu 78, 3 *causa ut* — bzw. *ne.*

5. *consuleret* in dem Sinne von *parceret,* wie ann. XI 36.

6. *fulgentia* — *vexilla,* wie IV 62, 12.

7. *inbellis populus.* S. 80, 1.

8. *Flaminia via,* in der Mitte zwischen den beiden andern Abteilungen.

9. *per Salariam* sc. *viam,* s. zu 78, 19.

linae portae propinquabat. plebs invectis equitibus fusa; miles Vitellianus trinis et ipse praesidiis occurrit. proelia ante urbem multa et varia, sed Flavianis consilio ducum praestantibus saepius prospera. ii tantum conflictati sunt, qui in partem sinistram urbis ad Sallustianos hortos per angusta et lubrica viarum flexerant. superstantes maceriis hortorum Vitelliani ad serum usque diem saxis pilisque subeuntes arcebant, donec ab equitibus, qui porta Collina inruperant, circumvenirentur. concurrere et in campo Martio infestae acies. pro Flavianis fortuna et parta totiens victoria: Vitelliani desperatione sola ruebant, et quamquam pulsi, rursus in urbe congregabantur.

83. Aderat pugnantibus spectator populus utque in ludicro certamine, hos, rursus illos clamore et plausu fovebat. quotiens

10. *propinquabat,* s. zu II 18, 2.

11. *trinis — praesidiis.* Die Distributivzahl nach dichterischem Gebrauch statt der Kardinalzahl ,wie I 2, 3 *trina bella civilia.* Vgl. Justin. XLI 1, 7 *a Romanis quoque trinis bellis lacessiti.* — *et ipse,* wie Agr. 25. Germ. 37 zwischen Abl. abs. eingeschoben: „auch seinerseits".

12. *consilio ducum praestantibus* „die den Vorteil umsichtiger Führung hatten".

13. *sinistram* vom Standpunkt der Anrückenden aus gesagt.

14. *Sallustiani horti,* ein großartiger Park im Norden der Stadt, den der Geschichtschreiber Sallust erwarb und auf seinen Adoptivsohn vererbte (ann. XIII 47); nach dessen Tode im J. 20 n. Chr. ging er in kaiserlichen Besitz über. Er lag den auf der salarischen Straße Kommenden zur Rechten, nahe der jetzigen Porta Salara (auf dem Gebiet der Villa Massimi). — Der Plural *horti,* wie *praedia, silvae* (ann. XV 42), in engerer Bedeutung; vgl. I 27, 9.

per angusta et lubrica viarum, nach dichterischem Gebrauch = *per angustas et lubricas vias*; IV 35, 9. Verg. Aen. II 332. Auch der Singular des Neutrums wird von Tac. so angewendet: s. zu I 79, 8 *lubrico itinerum.*

15. *ad serum usque diem.* Diese Stellung von *usque* auch Agr. 14 *ad nostram usque memoriam,* und ann. IV 38, 10 *ad finem usque vitae*; sonst sagt Tac. *usque ad.*

17. *inruperant,* unter Führung des Cerialis. s. 78, 18.

19. *ruebant,* s. zu 79, 6.

20. *congregari,* medial, wie IV 15, 19. 20, 11. 78, 11.

83, 1. *in ludicro certamine,* bei einem Kampfspiel.

2. *hos, rursus illos* wie 22, 13. *clamore et plausu.* Dial. 39, 13 *oratori clamore plausuque opus est.* Die Ausdrücke sind, wie *fovebat,* mit besonderer Beziehung auf das damals bereits stark entwickelte Parteitreiben bei den öffentlichen Spielen gebraucht.

Über *fovere* vgl. I 8, 11. 14, 10. 46, 5. Liv. XXXVIII 6, 5, *pugnantis hortabantur et prope certa fovebant spe* sqq.

72. Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis. hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam; horum scelere clausas caesasque legiones. quid tantum Cremonam meruisse? quam e gremio Italiae raptam, quia unius noctis moram victoribus attulerit. stare in confinio Germaniae integram sedem spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem. redigeretur praeda in fiscum: ipsis sufficere ignes et rebellis coloniae ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. Cerialis metu infamiae, si licentia saevitiaque inbuere militem crederetur, pressit iras: et paruere, posito civium bello ad externa modestiores. convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. stabant con-

24. *ventum in manus* = *comminus pugnari coeptum est.* ann. II 80 *ut venere in manus.* Sall. Jug. 89, 2 *Iugurtham in manus venturum.* Liv. II 46, 3 *pugna iam in manus, iam ad gladios venerat.* Gewöhnlich *ad manus venire,* Liv. II 30, 12.

ruinae modo; Liv. XXI 33, 7 *ruinae maxime modo.* XLIV 41, 7 *ruinae modo turbantur.* Die Niederlage wird mit dem Einsturz eines Gebäudes verglichen.

25. *Belgarum,* der Trevirer und Lingonen.

26. *in quis* wie V 21, 3.

72, 1. *coloniam Trevirorum,* s. zu 62, 2.

4. *e gremio . . . raptam,* aus der zärtlichen Obhut („aus den Armen") Italiens weggerissen. Italien wird als Mutter Cremonas gedacht.

2. *eruendae* nach Verg. Aen. II 611 *totamque a sedibus urbem eruit*; II 4 *lamentabile regnum eruerint Danai.*

5. *confinium* Grenzscheide. Germ. 3 *in confinio Germaniae Raetiaeque.*

6. *sedem,* ergänze *belli,* Bollwerk, Stützpunkt, der Herd des Krieges. S. zu I 65, 12. III 32, 10.

ducum, des Herennius und Numisius. S. 70, 30.

7. *redigere in fiscum* „zum Privatschatz des Kaisers schlagen". S. zu I 65, 5.

8. *tot castrorum,* s. 61 a. E.

pensare = *compensare* aufwiegen, wettmachen; s. zu III 26 a. E. Agr. 22 *damna aestatis hibernis eventibus pensare.* ann. II 26 *adversa maris expeditione prospera pensavisset.*

9. *infamiae* (*ne infamiae sibi foret*) steht als Nachsatz des Bedingungssatzes.

licentia inbuere wie III 49, 7. Vgl. III 15, 13.

10. Zu *pressit iras* vgl. ann. VI 50, 12 *Tiberius . . . offensus tantoque magis iram premens,* vom eigenen Groll. — Der Plur. *irae,* wie bei andern Bezeichnungen der Affekte, häufig auch in der klass. Zeit.

11. *ad externa,* gegenüber dem äußern Feinde.

12. *legionum* wie 70, 25. Vgl. 71, 15.

scientia flagitii maestae, fixis in terram oculis: nulla inter coeuntes exercitus consalutatio, neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes. nec proinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat, attonitis etiam victoribus, qui vocem precesque adhibere non ausi lacrimis ac silentio veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenissent. primum illum stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque imperatorem neque se meminisse. tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgiove seditionem aut cladem commilitoni obiectaret.

73. Mox Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur: 'neque ego umquam facundiam exercui, et populi Romani virtutem armis adfirmavi: sed quoniam apud vos verba plurimum valent bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus

stabant. Das vorangestellte Verbum im Impf. ist von malerischer Wirkung, wie ann. I 44 u. ö.

13. *fixis in terram oculis* nach Liv. IX 7, 3.

14. *consalutatio.* S. Nipp. zu ann. XV 16.

neque solantibus . . . responsa dabant nach Liv. IX 6, 12 *non reddere salutem salutantibus, <solantibus?> non dare responsum.*

15. *abditi per tentoria.* Vgl. Caes. b. g. I 39, 4 *abditi in tabernaculis.*

16. *pudor ac dedecus,* s. zu 62, 5 *rubore et infamia.*

18. *lacrimis ac silentio* „unter stummem Weinen", im Gegensatz zu den lauten Bitten.

21. *habere* mit doppeltem Akk. in der Bedeutung wofür ansehen, halten, kommt bei den Klassikern nur vereinzelt vor. Cic. n. d. I 45. Sall. Cat. 16, 2 *pericula vilia habere.* An anderen Stellen ist *habere* = „behandeln" oder „haben als (zu)", so Cic. Lael. 74.

23. *ne quis . . . obiectaret.* Liv. VII 41, 3 *ne quis eam rem* (die *secessio*) *ioco seriove cuiquam exprobraret.*

24. *obiectare,* s. zu 42, 12.

73, 2. *neque ego umquam facundiam exercui.* Die ganze Ansprache ist echt soldatisch; fest und kernig, doch nicht verletzend oder hochfahrend, unterscheidet sie sich wesentlich von den übrigen derartigen Reden bei Tac. Der Eingang erinnert an die Rede des Ephoren Sthenelaides Thuc. I 86; ferner an Sall. Jug. 85, 13 *quae illi litteris, ea ego militando didici*; 85, 26 *equidem ego non ignoro . . . abunde illis facundam et compositam orationem fore.* Sall. Hist. II 47 *neque ego callidam facundiam exercui.* Auch vgl. Liv. XXVIII 27, 1 *non quo verba umquam potius quam res exercuerim.*

3. *adfirmavi* = *comprobavi,* durch den Sieg bei Rigodulum. Zu dem Gebrauch von *adfirmare* vgl. ann. XIV 22 *anceps valitudo iram deum adfirmavit.*

seditiosorum aestimantur, statui pauca disserere, quae profligato bello utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse. terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant, et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem inposuerant. quot proeliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. an vos cariores Civili Batavisque et transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt? eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent: ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur, nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.

74. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in

5. *profligare* hier in ungeschwächter Bedeutung; anders II 4, 11 u. III 50, 5.

6. *quam nobis dixisse*: mich treibt kein persönliches Interesse zu dieser Ansprache, sondern die Sorge um euer Wohl.

8. *nulla cupidine*, ohne jede eigennützige Absicht.

maioribus vestris invocantibus; vgl. Ariovists Worte bei Caes. b. g. I 44, 2 *transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis.*

9. *acciti auxilio Germani* (unter Ariovist). Caes. b. g. III 11, 2 *Germanos, qui auxilio a Belgis arcessiti dicebantur.*

12. *quove eventu.* Germ. 37 *nec impune C. Marius in Italia, Divus Iulius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt.*

13. *Rhenum*, das Rheinufer.

14. *alius*, statt *alter*, „ein zweiter", d. h. von denselben Eigenschaften, die ein früherer hatte; so Curt. X 5, 22 *quem alium futurum Alexandrum?* u. ö.

17. *eadem semper causa* (ergänze *fuit*) *Germanis.* Caes. b. g. VI 23, 7 f. ann. XIII 56. Germ. 14 a. E.

transcendere vom Flußübergang auch V 24, 10. ann. IV 44, 8.

20. *possiderent*, von *possido.*

et speciosa nomina „und ähnliche schön klingende Bezeichnungen".

21. *alienum servitium* „für andere Knechtschaft". Beachte die chiastische Wortstellung. *alienum* = *aliis* (*aliorum*).

22. *ut non* = *quin.*

74, 1. *in n. ius concederetis* „bis ihr euch unserer Staatsordnung anschlosset"; euphemistische Wendung, wie *addidimus* für *imposuimus.* — Zu *concedere in* vgl. II 1, 19 *in*

nostrum ius concederetis. nos, quamquam totiens lacessiti, iure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur; nam neque quies gentium sine armis neque arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queunt. cetera in communi sita sunt. ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis; nihil separatum clausumve. et laudatorum principum usus ex aequo quamvis procul agentibus: saevi proximis ingruunt. quo modo sterilitatem aut nimios imbres et cetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. vitia erunt, donec homines, sed neque haec continua et meliorum interventu pensantur, nisi forte Tutore et Classico regnantibus moderatius imperium speratis aut minoribus quam nunc tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. nam pulsis, quod dii prohibeant, Romanis quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? octingentorum annorum fortuna disciplinaque com-

partes concedere. Liv. XXVIII 7, 9. XXXIX 2, 4 *in deditionem concesserunt.* Sall. Jug. 18, 13 *in gentem nomenque imperantium concessere.*

3. *id solum,* nur so viel als ausreichte, um . . .

5. *haberi* aufrecht erhalten werden. Vgl. III 86, 9.

in communi sita = *in promiscuo sunt,* „ist Gemeingut". ann. XIII 27 *in communi posuisse.*

6. *plerumque* „sehr oft" wie II 74, 11 u. ö.

7. *provincias regitis,* wie z. B. der Aquitanier Vindex legatus pr. pr. von Gallia Lugdunensis war. — Vgl. zu der Stelle überhaupt ann. XI 23. 24.

8. *quamvis procul agentibus.* Sall. Jug. 102, 7 Sulla an Bocchus: *Tibi vero nulla opportunior nostra amicitia, primum quia procul absumus, in quo offensae minimum, gratia par ac si prope adessemus.*

9. *ingruere* nur hier von Tac. mit einem Dativ verbunden: „sind drückend".

quo modo — ita (*sic*) noch Dial. 36 *q. m. — sic contra;* ann. IV 35 *q. m. — sic;* ann. XIV 54 *q. m. — ita.* Vgl. zu 42, 26. III 77, 23.

11. *haec* die gegenwärtigen.

12. *interventus* das „Dazwischentreten", der „Eintritt", von Sachen (*meliorum* ist Neutrum) auch Agr. 16 *interventus civilium armorum.* Vgl. ann. III 23 *ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant.* Sonst kommt bei Tac. Zeitwort und Subst. nur in bezug auf Personen vor.

pensantur, s. 72, 8. Auch das folgende *parabuntur* steht für ein Kompositum.

15. *Britannique* ist ein die Gefahr übertreibender Zusatz.

17. *existent.* Der Plural durch Attraktion, weil der Sinn ist: „werden Kriege . . . das einzige Ergebnis sein."

octingentorum, eine noch mehr abgerundete Zahl als 58, 31 und I 1, 2.

fortuna (s. zu 57, 7) *disciplinaque.* Die beiden Worte

pages haec coaluit, quae convelli sine exitio convellentium non potest, sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum causae. proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate colite; moneant vos utriusque fortunae documenta, ne contumaciam cum pernicie quam obsequium cum securitate malitis.' tali oratione graviora metuentes conposuit erexitque.

75. Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit: Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita, urbem atque Italiam interno bello consumptam, Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina: si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatium suarum contentos; si proelium mallet, ne id quidem abnuere. ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum qui attulerat <et> ipsas epistulas ad Domitianum misit.

enthalten alles, was Rom groß gemacht hat: einerseits die Einwirkungen, die außerhalb menschlicher Berechnung liegen, andrerseits die organisierende und erziehende Tätigkeit des Menschen.

compages „Gefüge" in übertragener Bedeutung; in eigentlicher III 27, 12 *comp. scutorum.*

19. *aurum et opes.* Der Reichtum Galliens wird von Tac., wie von andern röm. Schriftstellern, wiederholt hervorgehoben, vgl. zu 17 a. E. ann. III 46. XI 18.

20. *pacem et urbem*; denn der Friede ist durch Roms Herrschaft gesichert; die *aeternitas rerum et pax gentium* (I 84, 24) gehören zusammen.

21. *eodem iure.* Unter Claudius, 48 n. Chr., hatten die vornehmen Gallier volles röm. Bürgerrecht erhalten.

amate colite, steigerndes Asyndeton; 11, 7 *ambiri coli* u. ö. *amate* geht vorzugsweise auf *pacem, colite* auf *urbem* (die *dea Roma*).

22. *utriusque fortunae*, erklärt durch *pernicie* und *securitate.*

documenta Belege.

contumaciam cum pernicie „Starrsinn, der Euch ins Verderben stürzen muß".

75, 1. *Tenebantur victore* sqq. „Das siegreiche Heer stand bereits in Trier . . ."

2. *epistulas*; s. zu I 67, 8.

3. *occultarent,* in direkter Rede *occultatis* „du und die um dich".

5. *vana et sine viribus nomina.* Vgl. Lucan I 313 *nomina vana, Catones.*

6. *velit — mallet*; derselbe Tempuswechsel ohne ersichtlichen Unterschied der Bedeutung auch 20, 5 *si nemo obsisteret — sin occurrant*; 81, 15 *si pellerentur obstantia — si vis adhibeatur.* Caes. b. g. I 34, 2.

contentos, sc. *fore* wie 23, 3. 63, 8.

8. *nihil,* sc. *rescripsit.* — *eum qui attulerat*; im Deutschen ein Substantiv. Vgl. 24, 16.

Hostes divisis copiis advenere undique. plerique culpabant Cerialem passum iungi quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutis consederat.

76. Apud Germanos diversis sententiis certabatur. Civilis opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur: Gallos quid aliud quam praedam victoribus? et tamen, quod roboris sit, Belgas secum palam aut voto stare. Tutor cunctatione crescere rem Romanam adfirmabat, coeuntibus undique exercitibus: transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia, nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta

10. *culpare* mit Acc. c. inf. nach Analogie von *criminari, arguere, insimulare*; bei Tac. auch vereinzelt *incusare* (ann. III 38), *accusare* (XIV 18) u. *urgere* (XI 26).

12. *quis* für *in quibus*.

76, 1. *Civilis opperiendas* sqq.; ergänze ein Prädikat aus *diversis sententiis certabatur*. Ähnlich V 16, 7. Vgl. III 24, 8 *haec* (sc. *dicebat*), *ut quosque*; 78, 6 *alii ficta haec*.

3. *obtererentur*. Zum Ausdruck vgl. ann. XV 11 *vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit*. Agr. 18 *alam prope universam obtriverat*. — *obterere* im eigentlichen Sinne ann. IV 63. XII 43. XVI 5.

quid aliud sqq. Vgl. Liv. VI 7, 3 *hostis quid aliud quam perpetua materia virtutis* sqq.

4. *et tamen* „jedenfalls"; d. h. auch wenn das eben ausgesprochene Urteil zu weit gehe.

quod roboris sit, der beste Teil von G., Apposition zum folgenden *Belgas*. In anderer Stellung u. Bedeutung V 16, 10 *fusos Germanos quod roboris fuerit*, und zwar die Kerntruppen derselben. Zur Sache vgl. Caes. b. g. I 1, 3.

5. *voto* „mit ihren Wünschen", wie 8, 10.

6. *e Britannia . . . ex Italia*. S. 68 a. E.

7. *accitas*. Subjekt ist ein unbestimmtes Pronomen („welche"). S. Nipp. zu ann. XI 14.

8. *subitus miles* (vgl. Lucan I 312 und die Prägnanz bei Ovid. Met. III 123 *subiti — fratres*) = *subitarius, tumultuarius* (s. 20, 7. 66, 5) eilig zusammengerafft, in ungewöhnlicher Art (nicht durch *dilectus*) ausgehoben. Livius braucht außer *tumultuarius* (V 37, 7) und *subitarius* (III 30, 3. XL 26, 6) auch *repentinus* von irregulären Truppen: III 4, 11 *dare subitarios milites — ita tum* (462 v. Chr.) *repentina auxilia appellabant — iussi*. XLI 1, 6 *repentina cohors Placentina*; 10, 3 *concursu iuventutis facto repentinus et tumultuarius exercitus*.

expertus belli zuerst bei Verg. Aen. X 173 *expertos belli iuvenes*. In etwas anderer Bedeutung bei Liv. XXIV 22, 2 *servitutis indignitatisque expertos* (= *servitutem exp.*).

9. *qui — sperentur* „auf die (auf deren Ankunft) sie hofften". — Über die pass. Kon-

ex libidine agere; pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum, ut non idem pretium quietis quam periculi malit. quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones, foederibus Galliarum obstrictas. idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis: ausuros rursus venturosque in manus non inperiti adulescentuli, verba et contiones quam ferrum et arma meditantis, sed Civilis et Classici; quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem fugam famemque ac totiens captis precariam vitam. neque Treviros aut Lingonas benivolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus abscesserit. diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus statimque exequuntur.

77. Media acies Ubiis Lingonibusque data; dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique. pars mon-

struktion vgl. II 53, 7 und zu II 74, 7.

9. *non iuberi*, „ließen sich nichts sagen".

cuncta ex libidine agere. Caes. b. g. IV 1, 9 *cum a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant.* Germ. 7 *duces exemplo potius quam imperio praesunt.* 11 *nec ut iussi conveniunt.*

11. *et neminem* statt *neque quemquam.* S. 42, 18.

in arma pronum „auf den Krieg erpicht" oder: „versessen". Vgl. 32, 8 *paratum in res novas.*

12. *idem pretium*, dieselbe Bezahlung. Ist das *pretium periculi* nicht höher als das *pretium quietis*, so entscheidet sich auch der Kriegslustigste für die Ruhe.

13. *congrediantur.* In direkter Rede *congrediemur.*

nullas. Der Redner übertreibt, insofern die 21. Legion nicht zu den *reliquiae Germanici exercitus* gehörte (70, 8).

Beachte die rhetorische Häufung sinnverwandter Worte: *veterem expertumque, iuberi regi, pecuniam ac dona, verba et contiones* (= *orationes*), *ferrum et arma.*

15. *inconditam*, s. zu II 16, 12.

17. *in manus* wie 71, 24.

18. *quam ferrum.* Ergänze *potius.* Vgl. 55, 5. Germ. 6 *consilii quam formidinis arbitrantur.* Zur Charakteristik des Valentinus vgl. 69 a. E.

19. *formidinem fugam famemque*, allit. Verbindung. Der objektive Ausdruck *fugam famemque* für „Gedanke, Erinnerung an . . ."

20. *precariam* wie I 52, 19.

21. *benivolentia* („Ergebenheit") *contineri.* Agr. 32 *fide et adfectu teneri.*

22. *diremit*; im Deutschen setze hinzu: Endlich, schließlich . . . *diversitas* „Widerstreit".

77, 1. *Lingonibus.* Das Volk hatte sich zwar durch des Cerialis Vorstellungen (c. 73 u. 74) beruhigen lassen; doch stand das Aufgebot noch bei Civilis und Tutor.

2. *montibus* „über die Berge her". Dieser Abl. des Weges ist

tibus, alii viam inter Mosellamque flumen tam inprovisi adsiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit: perrupta legionum castra, fusi equites, medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate et fortissimi cuiusque adcursu reciperatum pontem electa manu firmavit. mox in castra reversus palantes captarum apud Novaesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem ac prope circumventas aquilas videt. incensus ira 'non Flaccum' inquit, 'non Voculam deseritis, nulla hic proditio; neque aliud excusandum habeo, quam quod vos Gallici foederis oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi. adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint. ite, nuntiate Vespasiano vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a

gewöhnlich mit Attribut verbunden: 68, 20. 71 a. E. *aequioribus iugis circumvecta.*

3. *inter.* Zur Stellung der zweisilbigen Präposition vgl. II 78, 12. III 19, 2. 26, 10. V 8, 5. 19, 9. Liv. XXII 3, 3 *Faesulas inter Arretiumque.*

inprovisi wie 33, 5.

4. *lectulus,* wie III 84, 17 *sellula,* bei Tac. gewöhnlich ohne verkleinernde oder sonstige Nebenbedeutung gebraucht.

5. *in castris.* Das Lager befand sich auf dem linken Moselufer, Cerialis auf dem rechten in Trier.

6. *in oculis* wie I 37, 11. II 35, 9.

7. *perrupta leg. castra* i. e. *castrorum munimenta,* wie 34, 3. An ein Herausbrechen auf der andern Seite ist nicht gedacht.

medius zwischen Lager und Stadt.

8. *ulteriora,* wie Agr. 14 *castellis in ulteriora promotis.*

coloniae (Dat.) *adnectit.* Vgl. Cic. Verr. IV 117 *pars oppidi — ponte adiungitur et continetur.*

9. *turbidis* rebus: „trotz . . .“

10. Über *intecto* vgl. 46, 10.

promptus inter tela wie ann. III 20, 9.

12. *in castra reversus,* das er am Abend vorher verlassen hatte.

palantes aufgelöst.

13. *legionum* wie 70, 25. Freilich hatten die 1. und die 16. Legion sich beide zu Novaesium ergeben; aber die eine hatte ihr Standquartier in Bonn.

15. *proditio,* deren ihr Flaccus und Vocula beschuldigt habt.

16. *excusandum habeo* = *mihi excusandum est.* S. zu I 15, 19 ann. IV 40 *toterandum haberet*; XIV 44.

18. Über *Numisius* und *Herennius* s. 22, 2. 26 a. E. 59, 5. 70 a. E.

19. *ite, nuntiate Vespasiano* sqq.; eine von manchem Feldherrn in ähnlicher Situation angeschlagene Saite. Plut. Sulla 21. Curt. IV 11, 21.

vobis in acie ducem: venient legiones, quae neque me inultum neque vos impunitos patiantur.'

78. Vera erant, et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur. consistunt per cohortes et manipulos; neque enim poterat patescere acies effuso hoste et impedientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. et cuncta pro hostibus erant, donec legio XXI patentiore quam ceterae spatio conglobata sustinuit ruentes, mox impulit. nec sine ope divina mutatis repente animis terga victores vertere. ipsi territos se cohortium aspectu ferebant, quae primo impetu disiectae summis rursus iugis congregabantur ac speciem novi auxilii fecerant; sed obstitit vincentibus pravom inter ipsos certamen omisso hoste spolia consectandi. Cerialis ut incuria prope rem afflixit, ita constantia restituit, secutusque fortunam castra hostium eodem die capit excinditque.

22. *impunitos patiantur* „straffrei ausgehen lassen". Zum Ausdruck vgl. ann. I 43, 3 *qui meam quidem mortem impunitam sineret.* Cicero sagt: *impunitum dimittere*; auch Sall. Cat. 51, 5 *impunitos eos dimisere.*

78, 1. *ingerere* „zu Gemüte führen", „vorhalten"; ann. II 79 *magnitudinem imperatoris ingerens*; anders I 72 *nomen ingerere* „antragen". Meist wird das Wort von wörtlichen oder tätlichen Angriffen = *inferre, obicere* gebraucht. III 31, 16 *ingerebant probra.* ann. I 39.

2. *per* geordnet nach—, wie 66, 3.

5. Zu *pugnam ciere* s. II 25 a. E.

6. *Batavos ... Germanos* (d. i. *Transrhenanos*). Dieselbe Scheidung V 17, 2.

ad praedam eigentlich „auf die Aussicht auf Beute hin"; dem Sinne nach = *proposita praedae spe.*

cuncta pro hostibus erant, „alles gestaltete sich zugunsten der Feinde". Agr. 32 *omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt.* Sall. Jug. 98, 2 *noctem pro se rati*; Liv. IX 24, 8 *et locus pro vobis et nox erit.* XLIV 38, 4. Vgl. Cic. de or. III 75 *non modo non pro me, sed contra me est potius.*

8. *ruentes,* s. zu III 79, 6.

10. *cohortium,* Auxiliarkohorten, wie 15, 12.

ferebant wie II 1, 6.

12. *sed* „aber (dem war nicht so) in Wirklichkeit hinderte ihr siegreiches Vordringen . . ."

vincentibus im Augenblick des Sieges (Z. 9 *victores*: als sie schon gesiegt hatten). Vgl. II 23, 14 *vincentium impetus.* Agr. 37 *circumire terga vincentium coeperant.*

13. Zu *spolia consectari,* „nachlaufen", vgl. Caes. b. g. VI 35, 8 *quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini praedam?*

14. *sequi fortunam* „den Erfolg ausbeuten"; gleichbedeutend mit V 15, 12 *instare fortunae* die Glücksgöttin festhalten. Anders II 86, 27.

79. Nec in longum quies militi data. orabant auxilium Agrippinenses offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant; unde metus et iustae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem vel ad ultionem accingerentur. namque et Civilis illuc intenderat non invalidus, flagrantissima cohortium suarum integra, quae e Chaucis Frisiisque composita Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat; sed tristis nuntius avertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto cremavere; simul Cerialis propero agmine subvenit. circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio adiuncta Britannica classe adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae: classem ultro Cannenefates adgressi sunt maiorque pars navium depressa aut capta. et Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, idem Cannenefates fudere. Classicus quoque adversus equites

79, 1. *in longum,* s. zu 22, 7.

4. *unde metus;* s. zu I 19, 1. II 85, 7. III 17, 3.

5. *invocans* „hilfeflehend“; 73, 8 *maioribus vestris invocantibus.* Über den Gen. s. zu I 4, 6.

ad spem, die Geiseln zu befreien.

6. *accingi* wie III 35 a. E. *in auxilium Vitellii accingeretur.*

illuc, gegen die Agrippinenser.

7. *flagrantissima,* die kampflustigste.

integra noch ungeschwächt.

Chauci, zwischen Ems und Elbe, in Ostfriesland, Oldenburg und Nordhannover. Germ. 35. ann. I 38. 60. II 17. 24 u. ö.

8. *Tolbiacum,* jetzt Zülpich, südwestlich von Köln.

9. *agebat* wie III 42, 7. Vgl. III 44, 6.

avertit, von dem Plan, Köln anzugreifen.

12. *circumsteterat — metus.* Über diese dichterische Ausdrucksweise s. zu I 17, 9. Vgl. Liv. XLII 65, 8.

quarta decima; s. 68 a. E.

13. *Britannica classe,* die an der britannischen Küste stehende Abteilung.

qua sc. *parte,* wo.

14. *Oceano ambiuntur.* Germ. 1 *cetera Oceanus ambit.* Um topographische Verhältnisse anschaulich darzustellen, braucht Tac. zahlreiche Wendungen, so von Flüssen und Meeren: *adluere, circumluere, praeterfluere, adire, cingere.*

terrestri itinere, auf der Straße, die von dem Landungsplatz *Gessoriacum* (Boulogne) ostwärts durch das Gebiet der Moriner, Nervier, Tungrer über Maastricht, Jülich nach Köln führte.

16. *ultro,* ohne einen Angriff abzuwarten.

Novaesium a Ceriale praemissos secundum proelium fecit. quae modica, sed crebra damna famam victoriae nuper partae lacerabant.

80. Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est, favore militum anxius et superbia viri aequalium quoque, adeo superiorum intolerantis. profectus ad Vespasianum Antonius ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso imperatoris animo. trahebatur in diversa, hinc meritis Antonii, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistulis; simul ceteri ut infestum tumidumque insectabantur, adiunctis prioris vitae criminibus. neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, nimius commemorandis quae meruisset: alios ut imbelles, Cae-

21. *lacerabant* = *carpebant*, beeinträchtigten, schmälerten, wie Liv. XXXVIII 54, 10 *nisi et ipsius fama sepulti laceretur.* — Mit anderem Bilde: verdunkelten den Glanz des eben errungenen Sieges.

80. Tac. verläßt hier den Kriegsschauplatz am Rhein (V 14 wird der Faden wieder aufgenommen) und wendet sich den gleichzeitigen Vorgängen in Rom und im Orient zu.

1. *Vitellii filium,* über den II 59.

3. *comites,* nach dem Kriegsschauplatz.

5. *adeo* wie I 9, 3.

intolerans mit relat. Gen. wie ann. I 31 *laborum int.* u. ö. auch bei Livius. Das Adv. des Komparativs bei Caes. b. g. VII 51, 1 *intolerantius insequentes,* auch bei Cic. de or. II 209. Zum Gedanken vgl. Dial. 40, 23 *nulla superiorum reverentia.*

ad Vespasianum; s. 81, 1.

6. *neque* wie *nec* 34, 4 = *ne . . . quidem.*

averso — animo „ungnädig".

7. *trahebatur in diversa.* Subjekt ist Vespasian, die Hauptperson. Solch stillschweigender Subjektswechsel ist bei Tac. nicht selten; s. I 59, 7 *iussit,* II 11, 17 *speraverat,* II 32, 23. — Zur Wendung *trahebatur in diversa* vgl. I 32, 8 *Galbam duae sententiae distinebant.*

9. *infestum tumidumque,* der prädikative Akk. mit Auslassung des Obj.-acc. wie II 30, 14 *Caecina ut foedum ac maculosum, ille ut tumidum ac vanum inridebant.*

prioris vitae, s. II 86, 3 f.

10. *neque — deerat* mit Inf. „er ermangelte seinerseits nicht . . ." S. I 36, 11. III 58, 14.

vocare für *provocare,* nach Vergil, z. B. Georg. IV 76 *vocant hostem.* Germ. 14; ann. II 81 u. ö.

11. *nimius commemorandis* „indem er zu viel Aufheben von seinen Verdiensten machte". Der Abl. wie I 35, 6 *nimii verbis.* Anders IV 23, 12 *rebus secundis nimii* (= *elati*).

cinam ut captivom ac dediticium increpat. unde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia.

81. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae statos aestivis flatibus dies et certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelestis favor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. e plebe Alexandrina quidam oculorum tabe notus genua eius advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit, precabaturque principem, ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. alius manum aeger eodem deo auctore, ut pede ac vestigio

12. *captivom ac dediticium.* Hierüber s. III 13 f.

increpat. Man erwartet *increpabat*, und vielleicht hat Tac. so geschrieben.

levior viliorque. Vgl. dagegen III 3 a. E. *eoque gravior militibus erat* (*Antonius*) *culpae vel gloriae socius.* Er kam allmählich in den Ruf eines armseligen Prahlers.

81, 1. *status* „regelmäßig“, zu bestimmter Zeit (hier jährlich) wiederkehrend, wie III 30, 4 *stato in eosdem dies mercatu.* — Die periodischen „Sommerwinde“, von Ende Mai bis Ende Juli, sind der Fahrt von Ägypten nach dem Westen günstig. Über die danach das Mittelmeer beherrschenden Nordwestwinde s. zu II 98, 10. ann. VI 33.

2. *et* explikativ, denn von dem Eintreten der Sommerwinde hing die sichere Fahrt ab.

certa maris. Das Neutr. Plur. statt eines Abstraktums wie *certus status*; ähnlich *incerta, dubia* ann. III 54, 20. h. II 33, 12. — Sachlich dasselbe ist gemeint II 4, 3 mit *pandi viam et mare prosperum.*

4. *ostenderetur* konsekutiv.

oculorum tabe; Umschreibung für das sogleich folgende *caecitas.* Sueton Vesp. 7 sagt *luminibus orbatus.*

5. *genua advolvi*, nach Sallusts Vorgang auch ann. I 13. VI 49. XV 71; dagegen *pedibus advolvi* ann. I 23. 32.

6. *gemitu* „stöhnend“; vgl. III 10, 11 *ora singultu quatiens.*

Serapis auch *Sarapis*, vielfach mit Asklepios identifiziert.

8. *oculorum orbes*, dichterisch für „Augen“ (Augäpfel). Verg. Aen. XII 670 *ardentis oculorum orbis ad moenia torsit* (X 546 *clipei orbem*). Soph. Ant. 974 ὀμμάτων κύκλοι. — *dignari*, wie Dial. 9. ann. IV 53 *liberos eius recipere dignarentur.*

oris excremento, wie ann. XVI 4. Der ältere Plinius empfiehlt als Schutzmittel gegen Triefäugigkeit tägliches Bestreichen der Augen mit nüchternem Speichel (*saliva*). Vgl. die Heilung des Blinden Ev. Marc. 8, 22. Auch in bezug auf die sonstigen im Orient häufigen Krankheiten der Augen und der Haut vgl. Ev. Matth. 20, 30 ff. 8, 2. 9, 2. Lucas 4, 27. 5, 12.

9. *manum aeger.* Sueton. a. a. O. nennt einen Fußlahmen. Mit Tac. stimmt überein Dio Cass. (Xiphil.) LXVI 8, 1. — Zum Akk. relat. vgl. ann. XV 64 *frigidus artus.*

Caesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo inridere aspernari, atque illis instantibus modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci: postremo aestimari a medicis iubet, an talis caecitas ac debilitas ope humana superabiles forent. medici varie disserere: huic non exesam vim luminis et redituram, si pellerentur obstantia; illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari; id fortasse cordi deis et divino ministerio principem electum; denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros fore. igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus nec quicquam ultra incredibile, laeto ipse voltu, erecta quae adstabat multitudine, iussa exequitur. statim conversa ad usum manus, ac caeco reluxit dies. utrumque qui interfuere nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.

82. Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem,

pede ac vestigio. Der besondere Begriff wird dem umfassenderen hinzugefügt, um den Vorgang anschaulicher zu machen.

10. *inridere aspernari* steigernd; s. 11, 7. 74, 21 und zu I 2, 18.

11. *vanitatis* eitler Ruhmbegierde.

12. *ipsorum,* der beiden Kranken.

13. *aestimari — iubet,* verlangt ein Gutachten.

14. *debilitas* Lähmung, Handgicht (*chiragra*); s. zu I 9, 2.

ope humana superabiles, durch menschliche Kunst heilbar.

varie disserere, brachten allerlei vor, wie ann. I 11. III 59 *adversus quae cum augur Lentulus aliique varie dissererent.* In der Hauptsache stimmten die Gutachten überein.

15. *exesam* „erloschen“.

16. *elapsos in pravum artus,* eigentlich „ins Verkehrte entglitten“, so daß er sie nicht mehr richtig gebrauchen könne, „verrenkt“, eine weitere Umschreibung des mit *debilitas* und *manum aeger* bezeichneten Leidens. Vgl. unten: *conversa ad usum manus,* „wurde wieder brauchbar.

17. *integrare* nur hier bei Tac. und in ungewöhnlicher Bedeutung = *in integrum restituere,* wiedereinrichten.

ministerio Dativ: zur Dienstleistung vom Himmel ausersehen.

20. *nec quicquam ultra incredibile* sc. *fore,* man werde ihm fortan alles zutrauen.

21. *erectus* „erwartungsvoll“.

22. *ac caeco.* Das Zusammentreffen der zwei *c* scheint nicht als Mißlaut empfunden worden zu sein. Agr. 10 *ac caelo* u. ö.

23. *qui interfuere,* die Augenzeugen.

nunc quoque, zu Trajans Zeit, als Tac. die Historien schrieb.

24. *pretium,* sc. *est.* Zum Präsens vgl. ann. XIV 44, 13 *postquam . . . habemus* „jetzt, wo wir . . . haben.“

82, 1. *inde,* infolgedessen, wie 23, 4.

ut super rebus imperii consuleret: arceri templo cunctos iubet. atque ingressus intentusque numini respexit pone tergum e primoribus Aegyptiorum nomine Basiliden, quem procul Alexandria plurium dierum itinere et aegro corpore detineri haud ignorabat. percunctatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset, percunctatur obvios, num in urbe visus sit; denique missis equitibus explorat, illo temporis momento octoginta milibus passuum afuisse: tunc divinam speciem et vim responsi ex nomine Basilidis interpretatus est.

83. Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Aegyptiorum antistites sic memorant, Ptolemaeo regi, qui Mace-

2. *consuleret,* das Objekt ergibt der Zusammenhang.

3. *intentus numini,* seine Gedanken auf die Gottheit konzentrierend.

respexit „erblickte hinter sich", wie *respicit* ann. XIV 8. *pone tergum* wie III 60, 4.

e primoribus Aegyptiorum, dagegen Suet. Vesp. 7 *verbenas coronasque et panificia Basilides libertus obtulisse ei visus est.* Bei demselben Autor geht die Erzählung von der Weissagung des gleichfalls *Basilides* genannten Opferpriesters auf dem Karmel (II 78) unmittelbar vorher. Es scheint damals schon Verwirrung unter den an Vespasian anknüpfenden Anekdoten geherrscht zu haben. Zu *nomine* vgl. die ähnlichen Ausdrücke ann. II 74. XIII 15. 55. Agr. 29.

5. *itinere et aegro corpore,* verschiedenartige Ablative koordiniert, wie häufig bei Tac.

9. *tunc divinam speciem,* da erkannte er, daß ihm der Gott (selbst) erschienen. Der allgemeine Begriff des „Erkennens" ist aus dem engeren *interpretari* zu entnehmen.

vim responsi. Er legte sich den Sinn des Bescheides, der ihm durch die Erscheinung gegeben worden war, nach dem Namen des Basilides aus.

83, 1. *nondum nostris,* wohl aber von dem in Sizilien geborenen Griechen Diodorus, der unter Augustus sein großes Geschichtswerk schrieb, nachdem er 30 Jahre lang Europa und den Orient bereist hatte. Tac. folgt indessen in seinem Bericht über den Serapiskultus einer andern uns unbekannten Quelle. — Das frühe Eindringen des ägyptischen Kultus in Italien und Rom ist bekannt, ebenso daß er oft verboten und wiederhergestellt wurde. Als Augustus in Ägypten war, verehrte er die Majestät des Serapis; trotzdem verbot er für das Weichbild Roms den Dienst des Gottes. Nichtsdestoweniger blieb der ägyptische Götterdienst gerade in den höchsten Kreisen der Hauptstadt Modesache, bis Tiberius wieder strenger eingriff. ann. II 85.

auctoribus nach späterem Sprachgebrauch = *scriptoribus.* I 1, 3'. V 3, 1. Agr. 10. Germ. 28.

2. *Ptolemaeus* mit dem Beinamen *Soter,* Sohn des Lagus, einer der Feldherrn Alexanders, gründete 306 v. Chr. die Dynastie der Lagiden.

donum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret; laetum id regno magnamque et inclutam sedem fore, quae excepisset; simul visum eundem iuvenem in caelum igne plurimo attolli. Ptolemaeus omine et miraculo excitus sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intellegere, nocturnos visus aperit. atque illis Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat, quaenam illa superstitio, quod numen, interrogat. Timotheus quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis: namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent. sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens neglegere paulatim aliasque ad curas animum vertere, donec eadem species terribilior iam et instantior exitium ipsi regnoque denuntiaret, ni iussa patrarentur. tum legatos et dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri iubet

3. *firmare* prägnant: fest, dauernd begründen.
recens als Adverb. S. zu I 77, 14.

4. *per quietem*, im Schlafe.
6. *Pontum*, s. zu II 6, 16.
7. *laetum* wie I 27, 4.
9. *igne plurimo* „unter starkem Feuerschein".

10. *intellegere* deuten.
nocturnos visus, in gleichem Sinne der Singular, ann. XII 13. Vgl. Liv. VIII 6, 11.
11. *externorum* Neutrum.
12. *Eumolpidae*, eine alte attische Priesterfamilie, die das Priesteramt beim Heiligtum der Demeter in Eleusis verwaltete.

13. *quaenam illa superstitio* sc. *sit*. Dieselbe Ellipse III 16, 3.

15. *meare* für *commeare*.
Sinope an der Südküste des Schwarzen Meeres, Kolonie von Milet.

16. *Jupiter Dis* = *Dis pater* 84, 24 (*Pluto*).

17. *adsistere* = *adstare* wie III 68, 13.

18. *ut sunt ingenia regum*. Vgl. ann. IV 35 über die Torheit der Tyrannen, *qui praesenti potentia credunt* sqq. *neque aliud externi reges aut qui eadem saevitia usi sunt, nisi dedecus sibi . . . peperere*. Auch sonst ist *rex* und *regius* dem Tac. der Inbegriff des Frevelmuts; V 8, 14. ann. VI 1 *ut more regio pubem ingenuam stupris pollueret*. VI 42 *regiae libidini*. XV 1. XVI 23 *quasi regio facinore*.

19. *quam* = *potius quam*, wie III 60, 6 u. ö.

praecipitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua: irent simulacrumque patrui reveherent, sororis relinquerent.

84. Ut Sinopen venere, munera preces mandata regis sui Scydrothemidi allegant. qui diversus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri; saepe donis promissisque legatorum flectebatur. atque interim triennio exacto Ptolemaeus non studium, non preces omittere: dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne destinata deo ultra moraretur; cunctantem varia pernicies morbique et manifesta caelestium ira graviorque in dies fatigabat. advocata contione iussa numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala exponit: volgus aversari regem, invidere Aegypto, sibi metuere templumque circumsedere. maior hinc fama tradidit deum ipsum adpulsas litori naves sponte conscendisse: mirum inde dictu, tertio die tantum maris emensi Alexandriam adpelluntur. templum pro magnitudine urbis extructum loco, cui nomen Rhacotis; fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum. haec de origine et advectu dei celeberrima. nec sum ignarus

24. *Pythicum* statt des gewöhnlichen *Pythium,* wie auch Tac. ann. XII 63 sagt.

25. *sors* „Spruch" im ursprünglichen Sinne (von *serere,* ἐρεῖν).

26. *patrui.* Die Handschr. hat *patris sui.* In der Vorlage stand vermutlich *patris,* mit übergeschriebenem *ui,* d. h. *patris* korrigiert in *patrui.* Daraus machte der Schreiber des Med. *patris sui* in Anlehnung an das folgende *regis sui.*

84, 1. *munera — allegant* „bringen vor den S.".

2. *diversus = distractus, distentus.* Der Gen. *animi* wie III 73, 3 *captus animi* u. ö.

3. *pavescere* mit Akk., wie 7, 4. 14, 20. — Beachte den Wechsel von beschreibendem Inf. und Impf.

7. *destinata deo = a deo,* vgl. ann. IV 71 *ni mihi destinatum foret.* Suet. Tib. 13 *destinatum Augusto erat.* Übers.: er solle die Ausführung des göttlichen Beschlusses nicht länger hinzögern. Mit *deo* ist, wie es scheint, Juppiter Dis gemeint, nicht der pythische Gott. — Hor. ep. II 1, 264 *nil moror officium.*

8. *pernicies* Plage.

9. *fatigabat,* wie 35, 1 *egestas copiarum* V 3, 10 *inopia aquae*; heimsuchen. Vgl. zu I 29, 1.

12. *maior.* Die Sage wuchs: sie erzählte von da an noch wunderbarere Dinge.

13. *litori.* Klassisch ist *adpellere ad litus.*

mirum dictu wie II 41, 9. V 6, 9.

15. *Rhacotis,* südwestlicher Stadtteil von Alexandria mit der Akropolis.

16. *Serapidi.* Der Kultus des Gottes bestand in Ägypten schon vor der Einführung des Bildes.

17. *advectus* nur hier bei Tac.

esse quosdam, qui Seleucia urbe Syriae accitum regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit; alii auctorem eundem Ptolemaeum, sedem, ex qua transierit, Memphim perhibent, inclutam olim et veteris Aegypti columen. deum ipsum multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quaeque in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.

85. At Domitianus Mucianusque antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere. praecipua victoriae fides dux hostium Valentinus nequaquam abiecto animo, quos spiritus gessisset, voltu ferebat. auditus ideo tantum, ut nosceretur ingenium eius, damnatusque inter ipsum supplicium exprobranti cuidam patriam eius captam accipere se solacium mortis respondit. sed Mucianus quod diu occultaverat, ut recens exprompsit: quoniam benignitate deum fractae hostium vires forent, parum decore Domitianum confecto

— Vgl. übrigens Germ. 9 *advectam religionem* (*Isidis*).

18. *qui*. Ergänze *perhibeant* aus *perhibent*.

Seleucia Pieria nicht weit von Antiochia an der Küste, nördlich der Orontesmündung, jetzt Kepsy. Ann. II 69.

19. *tertia aetas*: Ptolemaeus Euergetes, 247—222 v. Chr.

eundem Ptolemaeum, den zuletzt genannten.

20. *Memphis*, alte Hauptstadt Ägyptens, auf der linken Seite des Nil oberhalb des Delta gelegen.

21. *columen*, s. zu II 28, 9.

22. *Osirin*, vgl. V 4, 6 *Apin*. Sonst haben die Personennamen auf *is* im Akkus. stets *im*.

23. *plerique* „sehr viele". S. zu I 86, 12. Ebenso V 2, 9.

ut rerum omnium potentem als den Herrscher des Weltalls.

24. *manifesta* sc. *sunt* Außer den Attributen (*insignia*) fand man an der Bildsäule noch andere Merkmale.

25. *per ambages*, durch umständliche Deutungen. Ähnlich: ann. II 54. XII 63.

coniectant schließen auf.—

85, 1. *Domitianus Mucianusque*. Über ihre Abreise aus Rom s. zu 53, 5.

2. *in Treveris*, c. 71 und 78.

3. *praecipua v. fides* „als beste Beglaubigung des Sieges". Das Abstraktum als Apposition zu dem folgenden Personennamen. Vgl. II 5, 12 *praecipua concordiae fides Titus*; 4, 8 *Titus ingens rerum fiducia accessit*. Vgl. III 66, 14 ann. VI 37, 19.

Valentinus, bei Rigodulum gefangen; s. 71 a. E. — Beim Übersetzen füge ein Prädikat wie „kam", „erschien" hinzu.

4. *abiectus* oft mit *humilis* verbunden; kleinmütig.

6. *exprobranti*, s. zu I 37, 27.

8. *ut recens* als einen ganz neuen Gedanken.

9. *parum decore — interventurum*. Die Spitze des Gedankens liegt im Adverbium: „es würde nicht wohl anstehen, wenn . . ." S. zu I 56, 18. II 46, 11.

prope bello alienae gloriae interventurum. si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare, Cannenefates Batavosque minoribus ducibus delegandos: ipse Luguduni vim fortunamque principatus e proximo ostentaret, nec parvis periculis inmixtus et maioribus non defuturus.

86. Intellegebantur artes, sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur. ita Lugdunum ventum. unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret. qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit an opes viresque adversus fratrem, in incerto fuit: nam Cerialis salubri temperamento elusit ut vana pueriliter cupientem. Domitianus sperni

10. *intervenire* mit Dat. „störend in den Weg treten", „in den Schatten stellen". In anderem Sinne Germ.40 *intervenire rebus hominum,* mit dem acc. ann. III 23, vgl. zu 74, 12.

12. *minoribus* wie 48, 10.

13. *vim fortunamque* „Macht und Glanz.".

14. *nec — et* „ohne zu" — „um so mehr bereit einzugreifen".

periculis inmixtus ist dichterische Redeweise; ann. XIV 1 *periculis eius imm.* Val. Max. III 6, 6.

86, 1. *intellegebantur.* Die betonte Stellung des Zeitworts ersetzt bei Tac. häufig gewissermaßen eine Partikel wie *quidem, sane* u. a.; s. ann. II 38 Nipp.

artes, die Schliche.

pars obsequii in eo, Domitians Gefügigkeit riet ihm, sich nicht merken zu lassen, daß er das Verfahren Mucians begriffen habe. II 47, 16 *pars ignaviae est.* III 46 a. E.

3. *an* wie II 88, 8.

4. *praesenti* statt eines Kondizionalsatzes. Liv. XXI 39, 6.

foret = esset. ann. II 30 *habiturus foret.* S. zu III 5, 2. Die ursprüngliche Bedeutung von *forem* war längst verblaßt.

longius audere, sich weiter vorwagen.

4. *cohortibus* wie IV 78, 10.

5. *ambigue* „ohne Erfolg“, wie ann. II 21 a. E. *equites ambigue certavere*. Dio Cass. LXVI 4, 1 καὶ μάχαις ταῖς μὲν πρώταις ἀγχώμαλα ἀγωνισάμενος.

6. *proelia serere,* Variation des von Sallust und Livius bereits angewendeten *bella* bzw. *certamina serere*.

9. *virtute* als Gegensatz zu *ferocia* „Wildheit“. 15, 1 *ferocissimo cuique*; a. E. *Germani prosperis feroces*.

10. Der Begriff *Roma* wird durch die beigefügten Substantive deutlicher bestimmt.

11. *morari* „auf sich warten lassen“. Subjekt ist *opes voluptatesque*.

arduam situ steilgelegen.

12. *opera molesque* „Bollwerke aus Quadersteinen“.

vel plana „selbst in ebener Lage“, nämlich wäre eine Stadt durch solche Riesenmauern genugsam gesichert gewesen.

13. *duos colles*, d. h. die Höhen Bezetha und Akra.

in inmensum, in abgeschwächter Bedeutung, s. II 44, 2. Vgl. Sall. Jug. 92, 5 *in inmensum editos*.

14. *obliqui aut introrsus sinuati,* damit sind die Zickzacklinie der Mauer und die vorspringenden Bastionen gemeint, die den Zweck haben, die Stürmenden unter Kreuzfeuer zu nehmen: „die vor- und einspringende Winkel bildeten.“ — *aut* im Sinne von: bald — bald, teils — teils. S. zu I 2, 10.

15. *extrema rupis*, wie 12, 11 *extrema moenium*; IV 12, 7 *extrema Gallicae orae*; III 42, 2 *proxima litorum* usw.

ubi mons iuvisset, der sog. Konj. der Wiederholung; „je nachdem der Abhang (das natürliche Niveau) die Festigkeit mehr oder minder erhöhte (zu statten kam)“.

16. *devexa* „Einsenkungen“, ein ἀπ. εἰρ. bei Tac.

17. *procul* „aus der Ferne“

pares. alia intus moenia regiae circumiecta, conspicuoque fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata.

12. Templum in modum arcis propriique muri, labore et opere ante alios; ipsae porticus, quis templum ambibatur, egregium propugnaculum. fons perennis aquae, cavati sub terra montes et piscinae cisternaeque servandis imbribus. providerant conditores ex diversitate morum crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium, et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. atque per avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi struxere muros in pace tamquam ad bellum. magna conluvie et ceterarum urbium clade

wie ann. IV 5 *haud procul accirentur.* — *intuentibus* „beim Anblick aus . . .“; über den Dat. vgl. III 71, 5.

19. *turris Antonia,* die Tempelburg auf dem Morijahberg, nordwestlich vom Tempel., unter den Makkabäern errichtet.

12, 1. *Templum,* erbaut von Herodes dem Großen.

in modum arcis „war eine Art von . . .“ Das Hilfsverb ergänze auch zu *proprii.*

labore et opere ante alios „mit mehr Mühe und Kunst aufgeführt als . . .“ Zum Ausdruck vgl. IV 55, 4.

3. *fons,* die Quelle Siloe.

cavati — montes unterirdische vielfach durch Kunst erweiterte und verlängerte Höhlungen des Kalkfelsens, die bis außerhalb der Ringmauer in die Nähe wasserreicher Punkte führten und zugleich als Ausfalltore dienten. Dio Cass. LXVI 4, 5. Das dritte Mittel der Wasserversorgung bildeten die von Zisternen gespeisten unterirdischen Reservoirs (*piscinae*).

4. *imbres* „Regenwasser“. — Über den Dat. Gerund. vgl. IV 48, 4 *auxilia tutandis imperii finibus,* III 70, 6 *domum inritandis hominum oculis* u. ö.

5. *quamvis adversus longum obsidium.* Die Wortstellung ist ungewöhnlich, da die Präposition nicht einsilbig ist, wie Cic. Phil. II 39 *quamvis in turbidis rebus sint.* Tac. ann. III 54 *quam in levi habendum.* — *adversus* wie IV 22, 6 *adversus necessitates in longum suffecissent*; Agr. 22 *adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur.* Der Sinn ist: es waren alle Vorbereitungen getroffen zur Abwehr einer wenn auch noch so langen Belagerung.

6. *expugnare* mit persönlichem Objekt (ἐκπολιορκεῖν τινα); III 19, 3 *victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt.* Agr. 41 *tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti*; vereinzelt auch bei Caesar (b. g. VII 10, 1) und Cicero (Verr. IV 94), öfter bei Livius.

7. *monstravere,* lehrten.

8. *struxere,* sie erweiterten und verstärkten die zu Caesars Zeit (s. 9, 4) wieder hergestellten Befestigungen.

9. *tamquam ad bellum,* als ob ein Krieg bevorstünde. — *conluvies* (Cicero: *conluvio*) etwa wie unser „Hefe“ oder „Ab-

aucti; nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. tres duces, totidem exercitus: extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes [quem et Bargioram vocabant], templum Eleazarus firmaverat. multitudine et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat: sed proelia dolus incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta. mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi qui Eleazarum manumque eius obtruncarent, templo potitur. ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret.

13. Evenerant prodigia, quae neque hostiis neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. visae per caelum concurrere acies, rutilantia arma et subito nubium igne conlucere templum. apertae repente delubri fores et audita maior humana vox, excedere deos; simul ingens motus excedentium. quae pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tem-

schaum“ für Gesindel aller Art gebraucht, ann. II 55 *colluviem illam nationum.* XIV 44 *conluviem istam.* XIV 15 *nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa conluvies.*

10. *aucti*, ergänze *erant*: jetzt hatte ihre Zahl sich durch . . . vermehrt. Die Ausdrucksweise ist ungewöhnlich und abgerissen.

seditiosius agebant; III 35, 4 *ambigue agerent.*

11. *latissima moenium* „den umfangreichsten Teil der Festungswerke“, d. i. Akra und Bezetha.

12. *mediam urbem,* d. i. die *turris Antonia* und der Berg Morijah.

quem et Bargioram vocabant. Dies scheint ein fremder, dem Josephus, der den Simo, nicht den Joannes, Bar Giora, d. i. Sohn des Giora nennt, entlehnter Zusatz zu sein.

13. *templum,* eigentlich nur den inneren Tempelvorhof.

firmaverat wie IV 33, 7. 77, 11.

16. *per speciem sacrificandi,* da am Osterfest die Tore des Tempelhofes geöffnet wurden.

13, 2. *fas habet* wie Germ. 9. ann. XIV 30.

superstitio u. *superstitiones* heißen bei den Römern alle ausländischen Kulte außer den griechischen; ann. XI 15 *externae superstitiones,* im Gegensatz zu *caerimoniae* u. *religiones.* ann. XIV 30 *luci saevis superstitionibus sacri,* von den Kelten.

5. *maior humana,* im D. ein Wort.

excedere deos. Vgl. Schiller, Kassandra, letzte Str.: „alle Götter fliehn davon“. Plin. n. h. XXVIII 2, 18 *in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela id oppidum esset.*

6. *persuasio* s. zu 5, 15.

pore fore ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur. quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat, sed volgus more humanae cupidinis sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati ne adversis quidem ad vera mutabantur. multitudinem obsessorum omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta milia fuisse accepimus: arma cunctis, qui ferre possent, et plures quam pro numero audebant. obstinatio viris feminisque par ac si transferre sedes cogerentur, maior vitae metus quam mortis. hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando inpetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit: dividuntur legionibus munia, et quies proeliorum fuit, donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres aut novis ingeniis struerentur.

8. *profectique Judaea rerum potirentur*; ebenso Suet. Vesp. 4 *percrebuerat oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur. id de imperatore Romano, quantum postea eventu paruit, praedictum Judaei ad se trahentes rebellarunt* sqq. — *Profecti* wie *transgressi* 5, 9. — Über den Abl. *Judaea* vgl. zu 1 13.

9. *ambages* als Singular auch ann. VI 46 und XII 63. — Die aktive Konstruktion wie Justin. XXXVII 2, 1 *portenta praedixerant*; Flor. I 22, 14 *cladem praedixerant insidentia in signis examina*.

10. *sibi interpretati*, sie deuteten die Zeichen dahin, daß die hohe Bestimmung ihnen gelte.

11. *mutabantur*. S, zu IV 37, 8 (wurden „bekehrt").

12. *virile ac m. secus*, adverbialer Akk. wie *hoc genus* u. a. statt des Genetivs. *secus* ist archaistische und nachklassische Form st. *sexus*, nur im Nom. u. Acc. gebräuchlich, mit denselben Adj. verbunden auch ann. IV 62 *adfluxere avidi talium, virile ac muliebre secus, omnis aetas*. Sall. hist. fr. II 28, 1. Liv. XXVI 47, 1 *liberorum capitum virile secus*.

13. *arma cunctis* sc. *erant*.

14. *quam pro numero*, ein verkürzter Vergleichungssatz, wie IV 33, 15.

15. *transferre sedes* = *mutare sedes* 2, 10.

16. *quando*. S. zu I 87, 1.

17. *subita belli* „Handstreiche", „Überfälle". Anders Agr. 37. Liv. VI 32, 5.

19. *cuncta expugnandis urbibus reperta*. Welches die hiermit umschriebenen Gegenstände waren, s. zu III 20, 13. Vgl. III 84, 3 *cuncta validissimarum urbium excidiis reperta*. Hier verläßt der Geschichtsschreiber den östlichen Kriegsschauplatz und führt uns nach dem germanischen Westen. Seine weitere Schilderung der Belagerung und deren Ausgang ist mit den übrigen Büchern der Hist. verloren gegangen. In dieser Hinsicht sind wir auf den Bericht des Dio Cassius (Auszug) und namentlich des Josephus angewiesen. Dio LXVI 4—11. Jos. bell. Jud. V und VI.

20. *struerentur* hergerichtet wurde, wie IV 30, 6.

14. At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu apud Vetera castra consedit, tutus loco, et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis adventu secundae et sextae et quartae decimae legionum; cohortesque et alae iam pridem accitae post victoriam properaverant. neuter ducum cunctator, sed arcebat latitudo camporum suopte ingenio umentium; addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. ea loci forma, incertis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus, Germanos fluminibus suetos levitas armorum et proceritas corporum attollit.

15. Igitur lacessentibus Batavis ferocissimo cuique nostrorum coeptum certamen, deinde orta trepidatio, cum praealtis paludibus arma equi haurirentur. Germani notis vadis persultabant, omissa plerumque fronte latera ac terga circumvenientes. neque ut in pedestri acie comminus certabatur, sed tamquam

14, 1. *At* wie IV 68, 1. S. zu III 13, 1.

in Treveris; s. IV 78 a. E.

2. *apud* „in"; s. zu I 49, 16. *tutus loco* wie III 9, 4.

3. *illic rerum*, τῶν ἐκεῖ γενομένων; vgl. ann. XV 28, 6 *ob memoriam laetioris ibi rei*. h. IV 25, 2. In dieser attributiven Verwendung von Adverbien nach Art des Griechischen ist Livius des Tac. Vorgänger, besonders in bezug auf *circa, extra, ante* usw.

5. *legionum*, s. IV 68, 19 f. Der Plural wie I 18, 10. III 29, 1. ann. I 31, 11. Vgl. h. II 100, 13 *Ravennati ac Misenensi classibus*. Liv. XXIV 20, 15 *ex agris Metapontino atque Heracleensi*.

7. *cunctator* = Zauderer, unentschlossen. Dagegen II 25, 6 „bedächtig".

suopte ingenio, s. zu 6, 18. IV 68, 22. — Über den Gebrauch des Wortes *ingenium* s. zu I 51, 6.

8. *molem*, Damm, S. 19, 7.

9. *obiectu* wie ann. XIV 8 *molium obiectus*. S. III 9, 5.

adiacentibus ist Dativ zu *adiacentia*; vgl. ann. I 79 *in adiacentia erupturum*. S. zu h. III 64, 9. ann. I 21 *circumiecta*; so *abrupta, ardua* etc.

11. *armis gravis* (beschwert); ann. I 64 *corpora gravia loricis*.

nandi pavidus; s. zu III 41, 10, nach Analogie von *metuens* u. ä. vgl. ann. I 7 *ambiguus imperandi*. In den Ann. ist der Gebrauch des Gen. bei Adj. besonders frei.

fluminibus suetos — *proceritas corporum*; ann. I 64 *sueta aput paludes proelia, procera membra*. Vgl. IV 1, 5.

12. *levitas armorum* s. ann. II 14.

15, 1. *ferocissimo cuique* sqq. Vgl. Agr. 33 *audentissimi cuiusque procursu* . . .

3. *arma equi*, ein auch bei den Klassikern häufiges Asyndeton.

haurirentur; ann. I 70 *hauriuntur gurgitibus*. h. I 79, 18.

persultabant tummelten sich.

navali pugna vagi inter undas aut, si quid stabile occurrebat, totis illuc corporibus nitentes, volnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem inplicabantur. minor tamen quam pro tumultu caedes, quia non ausi egredi paludem Germani in castra rediere. eius proelii eventus utrumque ducem diversis animi motibus ad maturandum summae rei discrimen erexit: Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam; Germani prosperis feroces, Romanos pudor excitaverat. nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas acta.

16. Postera luce Cerialis equite et auxiliariis cohortibus frontem explet, in secunda acie legiones locatae; dux sibi delectos retinuerat ad inprovisa. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis astitit: Batavi Cugernique in dextro, laeva ac propiora flumini Transrhenani tenuere. exhortatio ducum non more contionis apud universos, sed ut quosque suorum advehebantur. Cerialis veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias; ut perfidum ignavum victum hostem in aeternum ex-

7. *corporibus nitentes.* Sall. Jug. 60, 4 *niti corporibus et ea huc et illuc . . . agitare.* Liv. II 50, 9.

8. *in mutuam perniciem inplicabantur,* „verstrickten sich gegenseitig ins Verderben“. *In* bezeichnet den Erfolg. ann. I 11 *verba in incertum et ambiguum implicabantur,* Vgl. ann. IV 45 *in mortem affecit*; 62 *in mortem afflixerat.*

9. *quam pro tumultu.* S. zu IV 33, 15.

egredi paludem. S. zu III 76, 3

10. *in castra,* nach Vetera.

11. *summae rei discrimen,* wie ann. II 12, 7; vgl. h. IV 71, 13. Curt. IV 16, 28 *in ipsa acie summae rei esse discrimen.*

12. *instare fortunae,* wie Agr. 18 *instandum famae.* ann. XIII 8 *ut instaret famae.*

13. *prosperis.* S. zu III 64, 8.

nox apud barbaros cantu aut clamore. Eine ähnliche Schilderung ann. I 65 *nox per diversa inquies, cum barbari festis epulis laeto cantu aut truci sonore subiecta vallium complerent.*

14. *apud* wechselt mit dem Dativ, *aut* mit *et,* der Abl. mit *per.*

16, 1. *postera luce,* am folgenden Morgen; vgl. den umständlichen Ausdruck dafür bei Caes. b. g. IV 13, 4 und V 10, 1 *Postridie eius diei mane.* Liv. IX 36, 10 *postero die luce orta.*

3. *ad inprovisa* „für . . . Fälle“.

agmine statt *acie* (Agr. 35, 13 *porrectior acies*), das nicht wiederholt werden sollte.

4. Über *cunei* s. IV 16, 8.

Cugerni, s. IV 26, 15.

propiora flumini. S. zu III 27, 5.

6. *ut quosque s. advehebantur,* wie ann. II 45 *ut quosque advectus erat*; vgl. h. III 24, 8 *ut quosque accesserat.* S. zu II 27, 12.

8. Zu *victorias* ergänze ein Verbum dicendi, wie III 24, 8 u. ö.

ciderent, ultione magis quam proelio opus esse. pauciores nuper cum pluribus certasse, ac tamen fusos Germanos, quod roboris fuerit: superesse qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant. proprios inde stimulos legionibus admovebat, domitores Britanniae quartadecumanos appellans; principem Galbam sextae legionis auctoritate factum; illa primum acie secundanos nova signa novamque aquilam dicaturos. hinc praevectus ad Germanicum exercitum manus tendebat, ut suam ripam, sua castra sanguine hostium recuperarent. alacrior omnium clamor, quis vel ex longa pace proelii cupido vel fessis bello pacis amor, praemiaque et quies in posterum sperabatur.

17. Nec Civilis silentem struxit aciem, locum pugnae testem virtutis ciens: stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae, cineres ossaque legionum calcantes. quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem cladem que et dira omnia obversari. ne terrerentur vario Treverici proelii eventu: suam illic

excidere wie ann. XI 9, 3, gleichbedeutend mit *exscindere*.

10. *nuper* S. IV 77 f. *fusos* wie IV 33, 18.

quod roboris fuerit; vgl. zu IV 76, 4.

11. *superesse qui fugam animis* („in der Brust“); ähnlich Agr. 34 *reliquus est numerus ignavorum et metuentium*.

tergo. Der Singular wechselt mit dem Plural (*animis*), wie öfters. Ann. II 15, 6 *onusta vulneribus terga*.

12. *proprios inde stimulos*; dieselbe Metapher ann. II 46 *propriae quoque causae stimulabant* (*exercitus*).

domitores Britanniae, s. ann. XIV 34.

13. *sextae*, die aus Hispania Tarraconensis gekommene VI Victrix. S. Einl. S. 35.

14. *secundanos*; s. IV 68, 18.

15. *praevectus* „ritt weiter vorwärts“.

Germanicum exercitum, die Legionen I XVI XXI.

18. *ex longa pace proelii cupido*. Ergänze *erat*. Zum Gedanken vgl. II 4, 17.

pace proelii — bello pacis, eine Art von Antimetabole; vgl. III 33, 3.

19. *praemiaque et quies — sperabatur*. Der Singular des Präd. wie III 60, 4 *conloquia cum Vitellianis et proditio sperabatur*.

17, 1. *silentem*: „auch bei Civilis ging es, als er die Reihen ordnete, nicht still zu“. *Silentem* gilt für Führer und Mannschaft. — *struere* wie IV 24, 10.

2. *super vestigia gloriae*, auf der Stätte ihres Ruhmes.

3. *cineres ossaque*. S. IV 60 a. E.

4. *captivitatem cladem que*, allit. Verbindung.

dira omnia, s. zu II 74, 3. IV 49, 17. III 79, 3 *maesta omnia accepit*.

5. *vario Treverici proelii eventu*. Damals hatte der Erfolg gewechselt: *terga victores vertere* IV 78, 9.

victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis praeda manus impediunt: sed cuncta mox prospera et hosti contraria evenisse. quae provideri astu ducis oportuerit, providisse, campos madentes et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias. Rhenum et Germaniae deos in aspectu, quorum numine capesserent pugnam, coniugum parentum patriae memores: illum diem aut gloriosissimum inter maiores aut ignominiosum apud posteros fore. ubi sono armorum tripudiisque (ita illis mos) approbata sunt dicta, saxis glandibusque et ceteris missilibus proelium incipitur, neque nostro milite paludem ingrediente et Germanis, ut elicerent, lacessentibus.

18. Absumptis quae iaciuntur et ardescente pugna procursum ab hoste infestius: inmensis corporibus et praelongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant; simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus transnatavit. turbata ibi res, et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt suppressaque hostium ferocia proelium aequatur. inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis

6. *dum* mit Ind. in indirekter Rede; wie III 38, 22 *dum Vitellius fovet aemulum*; nach dem Vorgang des Livius, oft in den Ann. — Vgl. auch III 71, 17.

8. *provideri — providisse.* Vgl. Caes. b. g, VI 34, 7 *quantum diligentia provideri poterat, providebatur.* Sall. Iug. 49, 2.

9. *gnarus* passivisch wie III 79, 8.

paludes gleichbedeutend mit *campos madentes,* dem es durch rhetorische Häufung in Form einer Apposition angefügt ist. Vielleicht ist jedoch *paludes* als Glosse zu *campos madentes* zu tilgen und *noxias* in *noxios* zu ändern.

11. *gloriosissimum inter maiores,* werde, verglichen mit den Ruhmestagen der Vorfahren, der ruhmreichste sein. — Die verkürzte Vergleichung wie 4, 2 *ceteris mortalibus.* Über *inter* s. zu II 87, 5.

13. *sono armorum.* Vgl. Germ. 11 a. E. *sin placuit* (*sententia*), *frameas concutiunt. honoratissimum assensus genus est armis laudare.*

18, 1. *quae iaciuntur,* Umschreibung für *missilibus.*

2. *praelongis.* ann. I 64 *hastae ingentes ad vulnera facienda quamvis procul.*

3. *eminus.* Germ. 6 *ut eodem telo* (*framea*) . . . *vel comminus vel eminus pugnent.*

fodiebant statt *transfodiebant* wie I 79, 21. IV 29, 15.

4. *retulimus*: 14, 8.

5. *et pellebatur* „und schon . .“

6. *excipiunt* wie IV 71, 8.

7. *inter quae* wie IV 46, 1.

8. *terga hostium*; eine selbst bei der bekannten Vorliebe des Tacitus für Objektivierung auffallende Kürze des Ausdrucks. Der Sinn ist klar: der Bataver verspricht den Römern einen Weg zu zeigen, auf dem sie den Feinden in den Rücken fallen könnten. Vgl. ann. XV 36 *pro-*

eques mitteretur: solidum illa et Cugernos, quibus custodia obvenisset, parum intentos. duae alae cum perfuga missae incauto hosti circumfunduntur. quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset; ne eques quidem institit, repente fusis imbribus et propinqua nocte.

19. Postera die quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa; Cerialis exercitum decuma ex Hispania legio supplevit: Civili Chaucorum auxilia venere. non tamen ausus oppidum Batavorum armis tueri, raptis quae ferri poterant, ceteris iniecto igni, in insulam concessit, gnarus deesse naves efficiendo ponti, neque exercitum Romanum aliter transmissurum. quin et diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quae morabantur, effudit. sic velut abacto amne tenuis alveus insulam inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat.

vincias agitans („Reise in die Pr."). XII 22 *qui obiceret Chaldaeos.*

si „wenn nämlich . . ."

extremo „am Rande her". S. IV 23, 1 *aequo adibatur.* Vgl. zu I 79, 8.

9. *solidum.* S. zu 6, 15; vgl. *si quid stabile* 15, 6.

illa (sc. *esse*). S. III 8, 9.

13. *debellatum eo die foret.* Vgl. zu III 19, 3.

19, 1. *Postera die.* S. zu IV 62, 2.

2. *Gallo Annio.* S. IV 68, 2. *Cerialis.* Daß Cerialis das Kommando über das untere Heer erhalten hatte, ersehen wir erst aus dieser Stelle. Er heißt CIL. III p. 852 *consul iterum*; zum ersten Konsulat ist er, wie es scheint, Anfang Jan. 70 designiert worden.

decuma exHisp.; s. Einl. S. 33.

3. *Chauci,* s. IV 79, 7. Mit ihnen hatten die Römer noch im J. 41 und 47 gekämpft.

4. *oppidum Bat.,* wohl der befestigte Hauptort, am linken Waalufer. Vgl. den Stadtnamen *oppidum Ubiorum.*

7. *molem a Druso Germ. factam.* Dieser von Drusus 9 v. Chr. begonnene und 55 n. Chr. von Pompeius Paulinus, dem damaligen Statthalter Niedergermaniens, vollendete Deichbau am linken Rheinufer (ann. XIII 53) hatte den Zweck, die Wassermasse von der Waal weg zum rechten Rheinarm hinzudrängen, den Drusus durch einen Kanal (*fossa Drusiana,* ann. II 8) mit der Yssel verband, um dadurch die Insel von Germanien zu trennen. — Der von Civilis angeordnete Durchstich füllte das Bett der Waal und verminderte den Wasserstand des sog. alten Rheins.

8. *prono alveo,* d. h. nach seinem natürlichen Gefälle.

quae morabantur = *mole.*

9. *velut abacto,* indem der rechte Arm seichter geworden war.

iusulam inter Germanosque. Über die Anastrophe von *inter* s. zu 8, 5 und IV 77, 3.

transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores, in quis fuit Alpinius Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. comitabatur eum frater D. Alpinius; simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant inter gentes periculorum avidas.

20. Tantumque belli superfuit, ut praesidia cohortium alarum legionum uno die Civilis quadripertito invaserit, decumam legionem Arenaci, secundam Batavoduri, et Grinnes Vadamque, cohortium alarumque castra, ita divisis copiis, ut ipse et Verax, sorore eius genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent, nec omnia patrandi fiducia, sed multa ausis aliqua in parte fortunam adfore; simul Cerialem neque satis cautum et pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse medio intercipi. quibus obvenerant castra decumanorum, obpugnationem legionis arduam rati egressum militem et caedendis materiis operatum turbavere, occiso praefecto castrorum et

11. *Rhenum,* die Waal. ann. II 6.

13. *superius* statt *supra,* ein seltener und, wie es scheint, vulgärer Gebrauch.

memoravimus: III 35, 7.

14. *miseratione,* durch Erregung von Mitleid.

20, 2. *quadripertito,* seltene Form.

invaserit, auf dem linken Waalufer, auf das er zurückging.

3. Die Lage der genannten *praesidia* (Standlager) ist nicht mit Sicherheit nachzuweisen; *Arenacum* nimmt man in der Nähe von Cleve, *Batavodurum* bei Nymwegen (*Noviomagus*) an, die andern westlich davon. Die Namen sind, wie viele andere im Bataverland, keltischen Ursprungs.

5. Der Plural ist von Tac. bei *quisque* regelmäßig gesetzt, wenn es mit einem reflexiven Fürwort als Apposition zu einer Mehrzahl hinzutritt. IV 78, 4 *Tutor et Classicus et Civilis suis quisque locis pugnam ciebant.* IV 65, 9.

6. *trahere,* eine Variation für *ducere, rapere.*

nec jedoch nicht.

fiducia Abl. Hiervon hängt außer *patrandi* auch der folgende acc. c. inf. ab.

8. *pluribus nuntiis* abl. causae.

huc illuc asyndetisch; s. I 40, 1. Liv. VII 34, 9. Cic. ad Att. IX 9, 2. Dagegen ann. XIII 37 *hucque et illuc.* Liv. VII 34, 13 *huc atque illuc.*

medio. S. zu I 68, 8.

11. *operari* ist gewöhnlich der technische Ausdruck für Vornahme religiöser Handlungen, zumeist Opfern (ῥέζειν, ἔρδειν). ann. II 14 *vidit se operatum.* Liv. I 31, 8 *operatum iis sacris se abdidisse.* X 39, 2. XXI 62, 6 *aliis procurandis (sacris) prope tota civitas operata fuit.* In allgemeiner Bedeutung auch ann. III 43 *liberalibus studiis ibi operatam.* Ob *materiis* Dativ ist oder Abl., ist ungewiß; der Plural auch IV 23, 15.

occiso, aoristisch gebrauchte Part. Perf. Pass. Vgl. zu I 2,

quinque primoribus centurionum paucisque militibus: ceteri se munimentis defendere. interim Germanorum manus Batavoduri rumpere inchoatum pontem nitebantur: ambiguum proelium nox diremit.

21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus obpugnabant nec sisti poterant interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus praefectus alae ceciderat, quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus. sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna: praecipites Germani in amnem aguntur. Civilis dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis relicto equo tranatavit; idem Veraci effugium: Tutorem Classicumque adpulsae luntres vexere. ne tum quidem Romana classis pugnae adfuit; et iussum erat, sed obstitit formido et remiges per alia militiae munia dispersi. sane Cerialis parum temporis ad exequenda inperia dabat, subitus consiliis, set eventu clarus:

11. 20, 4. ann. I 77 *occisis*; XII 17 *interfectis*. XIV 37 *interfectis — vulneratis*.

12. *primoribus centurionum*. Der Gen. ist nicht partitiv, sondern bezeichnet den Gattungsbegriff wie IV 28. 2 *nobilissimis obsidum*. — Zur Bedeutung des Wortes s. III 22, 17 *primorum ordinum centuriones*.

14. *rumpere* für *interrumpere*; wie Liv. VII 9, 7 *pons in medio erat, neutris eum rumpentibus*. Auch Curtius sagt *rumpere iter, r. lora gladio*. Vgl. 26, 3 *scinditur — pons*.

pontem, über die Waal.

21, 1. *Vadam*. Wiederholung angeführter Namen in umgekehrter Reihenfolge ist bei Tac. (und auch sonst) nicht selten: IV 13, 1 *Civilis — Paulus — Paulum — Civili*. ann. VI 15 u. ö.

2. *obpugnabant*. Über den Plural s. zu II 31, 2.

nec sisti poterant wie III 71, 14. ann. XIV 14, 7. XV 39, 3.

3. *in quis* wie IV 71, 26. V 19, 12.

5. *diximus* IV 70, 12.

6. *versa fortuna* wie III 16, 5. *amnem*, die Waal.

7. *retentat* „aufzuhalten sucht“.

9. *vexere* „nahmen auf“, an Bord; wozu sich leicht ergänzt: „und brachten in Sicherheit“.

ne tum quidem, wie sie auch in das letzte Gefecht (18, 13) einzugreifen versäumt hatte.

10. *et iussum erat* „und es war doch“ angeordnet worden. Vgl. Agr. 15, 13 *sic Germanias excussisse iugum, et flumine, non Oceano defendi*. — *Iussum erat* wie IV 35, 16.

formido et remiges dispersi. Das Part. vertritt ein abstraktes (*formido* gleichgestelltes) Verbalsubstantiv oder einen Substantivsatz: „der Umstand, daß . . . zerstreut waren“. Vgl. I 76, 12 *prior auditus*. II 68, 16 *adgniti dempsere sollicitudinem*. Auch bei Cic. Pis. 85 *quin violati hospites, legati necati . . . efficerent vastitatem*.

aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent; hinc ipsi exercituique minor cura disciplinae. et paucos post dies, quamquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.

22. Profectus Novaesium Bonnamque ad visenda castra, quae hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat disiecto agmine, incuriosis vigiliis. animadversum id Germanis, et insidias conposuere: electa nox atra nubibus, et prono amne rapti nullo prohibente vallum ineunt. prima caedes astu adiuta: incisis tabernaculorum funibus suismet tentoriis coopertos trucidabant. aliud agmen turbare classem, inicere vincla, trahere puppis; utque ad fallendum silentio, ita coepta caede, quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani volneribus exciti quaerunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste et strictis mucronibus. dux semisomnus ac prope intectus errore hostium servatur; namque praetoriam navem vexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob stuprum

13. *aderat fortuna*, wie 20, 7. *ubi artes defuissent* „auch wenn einmal die Kriegskunst (III 27 10) versagte.“

22, 2. *remeare*, s. zu III 54, 17. *disiecto agmine*. Die Schiffe fuhren nicht in geschlossener Linie.

3. *animadversum id* (vom rechten Ufer aus) — *conposuere: electa nox* — *ineunt* — *caedes adiuta* — *trucidabant*: echt taciteischer Übergang aus der passiven in die aktive Konstruktion und wiederholter Subjektswechsel.

4. *conposuere*. S. zu I 7, 9. *nox atra*. Vgl. Germ. 43 *Harii atras ad proelia noctes legunt*. *prono amne* wie *prono alveo* 19, 8.

5. *vallum*. Cerialis hatte bei einem ubischen Orte, wohl unterhalb von Noväsium, die Schiffe für die Nacht festlegen und am Ufer ein Zeltlager aufschlagen lassen, das die Germanen gleichzeitig mit der Flotte überfielen.

8. *silentio*. Ergänze *agebant*.

9. *cuncta clamoribus miscebant*, wie IV 49, 20.

10. *vias*, des Lagers.

11. *circum brachia*, um den linken Arm zum Ersatz des Schildes.

mucronibus wie I 27, 14 u. ö. für *gladiis*.

12. Über *intectus* s. zu IV 46, 10.

13. *vexillo*; eine purpurrote Flagge. Den Standpunkt des Admiralschiffs hatten jedenfalls germanische Späher bereits am Abend vorher erkundet. Nachts dienten sonst gewöhnlich drei Laternen als Abzeichen der praetoria navis. Liv. XXIX 25, 11 *lumina in navibus singula rostratae, bina onerariae haberent, in praetoria nave insigne nocturnum trium luminum fore*.

14. *alibi noctem egerat*. So hatte er es auch in Trier gemacht. IV 77, 4.

Claudiae Sacratae mulieris Ubiae. vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tamquam iussi silere, ne quietem eius turbarent; ita intermisso signo et vocibus se quoque in somnum lapsos. multa luce revecti hostes captivis navibus, praetoriam triremem flumine Lupia donum Velaedae traxere.

23. Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi: complet quod biremium quaeque simplici ordine agebantur; adiecta ingens luntrium vis: tricenos quadragenosque ferunt; armamenta Liburnicis solita; et simul captae luntres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuvabantur. spatium velut aequoris electum, quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit. causa instruendae classis super insitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperentur. Cerialis miraculo magis quam metu derexit classem

15. *Claudiae*. Über das häufige Vorkommen des Gentilnamens Claudius bei den rheinischen und gallischen Provinzialen s. zu IV 13 1. Vgl. ferner ann. XI 16. 19. XII 27. Übrigens s. Suet. Claud. 25 med.

flagitium suum, ihr Dienstvergehen, wie ann. I 18.

16. *tamquam*, indem sie behaupteten.

17. *signo* das Hornsignal beim Beginn der Nachtwachen.

vocibus, das Anrufen der Runde durch die Wachtposten, sowie der letzteren gegenseitiger Zuruf zur Verhütung des Einschlafens.

18. *multa luce* „am hellen Tage“. S. zu II 44, 7.

19. *Lupia* (Λουπίας), die Lippe, an deren Ufern die Brukterer und Marsen wohnten. — Die Triremen der Alten hatten sehr geringen Tiefgang (etwa 1 Meter); sonst würde der Bericht nicht glaubhaft erscheinen. Vgl. übrigens Liv. XLV 35, 3.

Über *Velaeda* s. zu IV 61, 8.

23, 1. *Civilem cupido incessit*. Dieselbe Verbindung II 2, 8, auch bei Sall., Liv. und Curtius. Vgl. zu I 40, 10. Häufiger absolut: II 63, 12 *ubi formido incessisset*. III 27, 14 *incesserat cunctatio*. Vgl. *invado* I 63, 8. III 63, 13. ann. I 61, 1.

complet „bemannt“ wie II 35, 3.

2. *quod biremium* sc. *erat*.

quae simplici ordine (*remorum*) *agebantur* ist Umschreibung eines der technischen Ausdrücke für die kleineren Schiffe. Das Lehnwort *moneris* (μονήρης) scheint bei den Römern wenig im Gebrauch gewesen zu sein.

4. *Liburnicis*, s. zu II 16, 8.

captae „erbeutet“, wie es scheint, bei dem c. 22 erzählten Überfall, obwohl dort nur von erbeuteten Schiffen die Rede ist.

sagulis versicoloribus; vgl. II 20, 3.

5. *pro velis* „statt mit Segeln“. Liv. XXV 25, 8 *castra tectis parietum pro muro saepta* „wie mit einer Mauer“.

6. *Aequor* kommt bei Tac. nur noch ann. II 23 vor *placidum aequor*. — Gemeint ist die von Plinius *Helinium* genannte meerartig breite Mündung; h. n. IV

numero inparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potiorem. his flumen secundum, illi vento agebantur: sic praevecti temptato levium telorum iactu dirimuntur. Civilis nihil ultra ausus trans Rhenum concessit: Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat, cum interim flexu autumni et crebris per aequinoctium imbribus superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit. nec classis aut commeatus aderant, castraque in plano sita vi fluminis differebantur.

24. Potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos imputavit Civilis; neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. nam Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans, Velae-

15 (29): *Helinium ac Flevum. ita appellantur ostia, in quae effusus Rhenus ab septentrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit.* Vgl. ann. II 6. — Es ist das sog. Hollandsch Diep südlich von Bijrland.

7. *adfundit*, d. h. ihr eigenes Gewässer und das der Waal.

causa — ut, wie II 54, 5; III 78, 3.

insitam genti vanitatem. Hier überträgt Tac. eine bekannte Eigenschaft der Gallier unberechtigter Weise auf ihre Nachbarn.

8. *Gallia.* Der Ablativ wie *Iudaea* 13 8.

9. *miraculo* wie III 25, 18.

11. *his*, den Römern.

secundum. Vgl. IV 83 a. E. *illis mare secundum.*

12. *praevecti* „vorwärts (und dadurch aneinander vorbei) gefahren". Vgl. zu IV 71, 23.

13. *trans Rhenum* in das Land der Friesen, seiner Verbündeten; s. IV 15. 16 u. ö.

14. *villas.* S. zu IV 34, 13.

15. *intactas = integras*; III 34, 7. ann. XV 27, 7 *intactum vastationibus regnum dono accipere.*

nota arte ducum. So machte es Coriolanus mit den Gütern der Patrizier, Hannibal mit denen des Fabius Maximus. Liv. II 39, 6. XXII 23, 4.

cum interim wie I 60, 6. II 76, 27. IV 42, 31.

flexu „bei der Wende", mit dem von der Rennbahn entlehnten Bilde; oder mit anderem Tropus: „bei der Neige". Vgl. ann. I 16 *flexo in vesperam die.* Ähnliches auch bei Cicero, z. B. de or. I 1.

17. *in faciem stagni*, so daß sie wie ein See aussah. Verg. Georg. IV 361 *in montis faciem.*

18. *in plano sita*; III 19, 5 ohne *in.*

differre zerreißen.

24, 2. *imputavit* „rechnete sich zum Verdienst an". S. zu III 86, 10.

vero, wie es scheint, Ablativ, wie IV 55, 13 ann. I 54, 8. XIV 21, 2.

3. *quando* kausal; s. zu I 87, 1. III 8, 12.

dam propinquosque monebat fortunam belli tot cladibus adversam opportuno erga populum Romanum merito mutare: caesos Treviros, receptos Ubios, ereptam Batavis patriam; neque aliud Civilis amicitia partum quam volnera fugas luctus. exulem eum et extorrem recipientibus oneri, et satis peccavisse, quod totiens Rhenum transcenderint. si quid ultra moliantur, inde iniuriam et culpam, hinc ultionem et deos fore.

25. Miscebantur minis promissa; et concussa Transrhenanorum fide inter Batavos quoque sermones orti: non prorogandam ultra ruinam, nec posse ab una natione totius orbis servitium depelli. quid profectum caede et incendiis legionum, nisi ut plures validioresque accirentur? si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri: sin populum Romanum armis vocent, quotam partem generis humani Batavos esse? respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem et viros indici. proximum id libertati; et si dominorum electio sit, honestius principes Romanorum quam Germanorum feminas tolerari. haec volgus, proceres atrociora: Civilis rabie semet in arma trusos; illum domesticis malis ex-

5. *propinquosque.* Es fehlt *eius* wider Tacitus' Gewohnheit. Zur Sache vgl. IV 65, 20.

Der Inf. bei *monere* in der Bedeutung „mahnen" auch IV 33, 6.

6. *merito,* durch Auslieferung des Civilis.

7. *caesos Treviros:* IV 70 f. *recipere,* „wiedergewinnen", s. III 84, 8 *ni (castra) statim recipiantur.* Zur Sache IV 79.

8. *fugas* = *exilia,* wie 8, 12.

9. *satis peccavisse* sc. *eos, Germanos.*

10. *transcendere,* wie IV 73, 17.

25, 3. *totius orbis servitium;* vgl. Agr. 31 *orbis terrarum famulatu.*

4. *profectum.* Agr. 15. 19. Caes. b. g. IV 19, 4 *satis profectum.*

incendiis „Verbrennung". Zur Sache s. IV 60 a. E.

5. *bellum navare;* s. zu IV 59, 10.

6. *Vespasianum.* Die Wiederholung des Namens (statt eines Fürworts) hebt hervor, daß der gegenwärtige Zustand sich mit dem Ziel der Bestrebungen decke.

potiri wie III 74, 4.

7. *vocent;* s. zu IV 80, 10.

quotam partem — esse. Die gleiche rhetorische Frage ann. XIII 55 *quotam partem . . . iacere?*

8. *ceterorum onera sociorum;* über die Wortstellung s. zu III 20, 8 *ignotae situm urbis.*

9. *virtutem et viros,* nach Verg. Aen. I 566 *virtutesque virosque.* Zur Sache vgl. IV 12, 10. Germ. 29.

10. *honestius.* Das Adverb enthält das Prädikat: „sei es ehrenvoller . . ." S. zu IV 85, 9.

11. *haec volgus* wie III 24, 8.

12. *trusos.* Das einfache Verbum in übertragener Bedeutung nur hier; *detrudere ad necessitatem belli* ann. XIII 43.

cidium gentis obposuisse. tunc infensos Batavis deos, cum obsiderentur legiones, interficerentur legati, bellum uni necessarium, ferale ipsis sumeretur. ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant et noxii capitis poena paenitentiam fateantur.

26. Non fefellit Civilem ea inclinatio, et praevenire statuit, super taedium malorum etiam spe vitae, quae plerumque magnos animos infringit. petito colloquio scinditur Nabaliae fluminis pons, in cuius abrupta progressi duces, et Civilis ita coepit: 'si apud Vitellii legatum defenderer, neque facto meo venia neque dictis fides debebatur: cuncta inter nos inimica; hostilia ab illo coepta, a me aucta erant. erga Vespasianum vetus mihi observantia, et cum privatus esset, amici vocabamur. hoc Primo Antonio notum, cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. quae

domesticis malis. Zur Sache vgl. IV 13, 2. 32, 10.

excidium gentis, s. zu IV 61, 12.

13. *obposuisse,* als Gegengewicht gegen das Unglück seines Hauses.

14. *bellum sumere.* S. zu IV 34, 18.

feralis = *funestus* wie I 37, 10. ann. IV 64 *feralem annum ferebant.*

15. *resipiscere* (auch IV 67, 11)

16. *incipiant,* Pleonasmus.

noxii capitis. Das „schuldige Haupt" ist das des Civilis. Liv. X 40, 13 *habet poenam noxium caput.*

26, 1. *inclinatio,* Stimmungswechsel wie ann. I 28.

2. *spe vitae,* wie IV 49, 25. So heißt es ann. II 63 von dem entthronten und in Ravenna internierten Marbod: *consenuit multum imminuta claritate ob nimiam vivendi cupidinem.* Vgl. XV 50 a. E.

3. *Nabalia.* Die Bestimmung dieses sonst nicht erwähnten Flusses ist unsicher. Da indessen 24, 8 Civilis *extorris* genannt wird und die Brukterer von Cerialis gewarnt werden, ihn bei sich aufzunehmen, da der batavische Führer ferner nur von Osten her Unterstützung zu hoffen hatte, so ist anzunehmen, daß er sich bereits vor den nachsetzenden Römern in jener Richtung geflüchtet hatte. Mit einiger Wahrscheinlichkeit ist daher unter dem Flusse Nabalia die vom Rhein rechts abzweigende Yssel zu verstehen. Andere verstehen unter *Nabalia* die Waal (*Vahalis*) unter Berufung auf die Reste einer römischen Brücke, die man bei Zuilichem an der Waal entdeckt hat.

4. *abrupta.* Man hatte ein Joch in der Mitte herausgenommen. Die Führer traten beiderseits an den Rand der Bruchstelle, um die Verhandlung zu beginnen.

5. Zu *defenderer* vgl. I 79, 19.

7. *observantia* ein ciceronischer Ausdruck: „Hochachtung", „Verehrung".

9. *epistulis.* Zur Sache vgl. IV 13, 9.

Antonius epistulis, Hordeonius Flaccus praesens monebat: arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia * * *

11. *Hordeonius Flaccus praesens monebat.* Dieselben Worte IV 13, 12.

Das Ergebnis der Unterredung war, daß Civilis, dessen Einfluß bei seinen Landsleuten ohnehin erschüttert war, sich dem römischen Feldherrn unterwarf. Das tapfere Batavervolk büßte übrigens die bevorzugte Stellung, die es bisher unter den römischen Bundesgenossen gehabt hatte, nicht ein. Germ. 29: *manet honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis contemnuntur nec publicanus atterit: exempti oneribus et collationibus et tantum in usum proeliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur.*

Register zu den Anmerkungen.

(Die Zahlen bezeichnen Buch und Kapitel des Textes.)